Ioannes Georgius [illegible]

verus est possessor

huius libri A°



10050 MII [illegible]

~~das [illegible] im anfang [illegible]~~

[illegible] 110

€ 250,-

2

57288

RICAE ELE-

J Zimermani. 1721.

5 p

~~[illegible]~~

~~[illegible]~~

EPICAE ELEGIACÆQVE MINORVM POETARVM GNOMÆ, GRÆCE AC LATINE:

Pythagoræ ſc. Phocylidis, Theognidis, Solonis, & aliorum qui auerſa pagina recenſentur.

Addita in fine Variantis ſcripturæ notatio: correcta item multis in locis interpretatio Latina, Græcis ex aduerſo appoſita:

Opera & ſtudio FRID. SYLBVRGII.



FRANCOFVRTI
Apud Ioannem Wechelum & Petrum Fiſcherum conſortes,

MDXCI.

LIBELLO HOC CONTINENTVR GNOMÆ

PINCIERIÆ COGNATARVMQVE FAMILIARVM pueris, optimæ ſpei proli,

FRIDERICVS SYLBVRGIVS S.P.D.

QVOTIES me puerilis ætatis primorumq; ſtudiorum ſubit recordatio, pueri ſuauiſſimi, quot & quanta in me a propinquis veſtris collata ſint beneficia, grata mente recolo. Nam quæ poſt Deum & parentes homo ab homine accipere poteſt maxima; pupillus a tutoribus, cliens a patronis, diſcipulus a pręceptoribus, affinis ab affinibus; ea mihi quoq; a familia veſtra obtigiſſe, ingratus profecto eſſem ſi non agnoſcerem. Primũ enim auus veſter Chriſtianus Pincierus, cum ſeptennis patre orbatus eſſem, & ipſe, dum vixit, tutor mihi fuit, & fato fungens ad generum eam tutelam deriuauit. Deinde cum eiuſdem ceterorumq; amicorum ſuaſu, litterarũ ſtudio initiatus, ſub Ioanne Fœnilio, Ioanne Gernando & Gerardo Wallemburgio prima rudimenta poſuiſſem, e veſtra familia doctiſſimos ſollertiſſimosq; nactus ſum præceptores, Iuſtum Vulteium, & Ioannem Pincierum theologum. Sub quib. cum aliquos in litteris progreſſus feciſſem, partim ab auo veſtro, partim ab eius affine Eccardo Dryandro, ad domeſticam pædagogiã ſum adſcitus. Exinde domi pariter ac foris, tã a pręceptoribus quam a ceteris propinquis, omni ſemper beneficiorum genere affectus, dęmũ etiam in affinium

numerum cooptatus, in hunc vſq; diem propenſiſſima omnium & ſingulorum erga me expertus ſum officia. Quibus nominib. cum & parentibus veſtris & vobis arcto me nexu deinctum ſentiam; ſæpe multumq; cogitaui quonam officio & meæ gratitudinis documentũ aliquod exhiberem, & veſtros in ſtudiorũ curriculo progreſſus aliqua ex parte adiuuarem. Dudum igitur ſelectas Æſopi fabulas eleganti charactere expreſſas ad vos mittere decreueram: vt a quibus ego ſub Vulteii diſciplina Græcarum litterarum tirocinium auſpicatus eram, eaſdem & vos in primo Græcæ litteraturæ ingreſſu ſequeremini. Sed aliâs alia mihi hucusq; obſtiterunt impedimenta. Tandem cũ ad has Gnomas edendas commoda ſe obtuliſſet occaſio, omnino arripiendã cenſui. Vt enim vos ætate ac progreſſibus eſtis dispares, ita in hoc libello quattuor priorũ Gnomologorum ſententiæ, Pythagoræ inquã, Phocylidis, Theognidis, & Solonis; prouectiorum ſtudiis accommodatę ſunt: ii vero qui inter vos Græca ſtudia tantum a limine ſalutarunt, a breuibus illis fragmentis quę in finem libelli ſunt reiecta, paulatim ad pleniorem cognitionem aſcendere poterunt. Etſi enim ea fragmenta perexiguo continentur ambitu, ceteris tamen ſententiarum grauitate, compoſitionisque elegantia nihil plane cedunt. Et Pythagoras ac Phocylides vberiorem illi quidem præceptorum copiam ſunt complexi; ſtili tamen concinnitate poſteriores hosce non adæquant. Theognis item, vt Solonis veſtigia ſecutus videatur, at grauitatem tamen eius & venuſtatem non vſquequaque ſectatus eſt, ſed in multis genio magis vagisque affectibus quam rationis ſo-

nis ſolidæque virtutis normæ obſecutus; eo fere modo quo inter melicos Anacreon. niſi potius μιμήσει quadam non tam ſui animi ſententiam, quam promiſcuæ multitudinis opinionem in talibus exprimere voluiſſe putandus eſt: vt apud Stobæum Xenophon poetam hunc appellat σύγγραμμα περὶ ἀνθρώπων: quaſi deſcriptionem quandam aut theatrum vitæ humanæ; in qua ſanior hominum pars Dei rationiſq; præſcriptum ſequitur; deterior, prauarum cupiditatum illecebris capi ſe rapique patitur. Secutus autem ſum in hac Gnomologorum coniunctione, non temporum ſeriem qua illi vixerunt; ſed ab iis quorum ſcripta putantur integra, ad eos quorum fragmenta dumtaxat exſtāt, deueniendū exiſtimaui. inter quę, fragmenta Solonis, quia perfectiora ſunt elegantiaque ceteris paria, præmittere viſum eſt. Ne tamē & temporum ignoraretur ratio, breuiter eam quoque in fronte libelli adnotare libuit. Tum quia ethnicorum, in-primis poetarum ſcripta Chriſtianæ iuuentuti caute prudenterque ſunt legenda, e ſummæ auctoritatis theologo Græco S. Baſilio, quandam quaſi προφυλακὴν præfigere viſum eſt; vt eo tutior fructuoſiorq; vobis ſit hæc lectio. Ad ipſum porro contextum quod attinet, quia manuſcriptorum librorum in præſens non dabatur copia, meliorum editionū collatione inſtituta, id operam dedi vt, quoad eius fieri potuit, emendatiſſima prodirent omnia. In qua recenſione quia non vbiq; ad amuſſim corrigi omnia poterant, immo abſque vetuſtiorum codicum auctoritate non debebant; in fine ſeorſum partim variantem editionum ſcripturam, partim aliorum pariter & meas de quibuſdam

locis coniecturas adnotaui. Quin & Latinam interpretationem maiori ex parte cum Gręco textu contuli, multisq; in locis, meo quidem iudicio, meliorem reddidi. Hæc, quantulacumque, vobis, ſuauiſſimi pueri, dedico; vt, quæ animi mei erga vos ſtudiaq; veſtra ſit propenſio, quæ item erga parentes veſtros, propinquos affinesq; gratitudo, etiam publico vobis teſtimonio conſtet. Vos ea æquo animo a me accipietis, donec in maioribus grauioribusque vos adiuuare poſſim. Vt porro multũ vobis ad ſtrenuos progreſſus conducit præceptorum inſtitutio, ita cognatorum affiniumq; præclara exempla, acres vobis æmulationis ſubdent aculeos. Ad quodcumque enim ſtudiorum genus applicare animũ lubet, habetis quos magna cũ laude imitari poſſitis. Nam ſi Theologiæ ſtudium placet, habetis Ioannem Pincierum, ſenem vt rara doctrina, ita & morum integritate venerandum: cui & me quæ poſt parentes ſumma homini ab homine contingere poſſunt beneficia, quam arctiſſime deuinciunt. Iurisprudentię ſtudio ſi ducimini, præter Ioannem & Ludouicum Pincieros, habetis etiam Vulteios, Antrechthos, viros eruditione ac dignitate clariſſimos. In Medica profeſſione habetis Ioannem Pincierum, Ioannem Vulteium; & inter affines Wolfium vtrumque; viros excellentes. In varia doctrina, luculentum vobis exemplum præbebit Iuſti Vulteii, præceptoris olim noſtri, aſſidua recordatio. In Politicis & œconomicis præter ſuperiores prælucent vobis Daniel Pincier & Ioãnes Fettius, aliiq; doctrina æque ac rerum vſu præſtãtes viri. Quod ſi a iuuentute quoq; exempla petere iuuat, habetis Pincieros, Vulteios, Lęlios,

Elſneros,

Elſneros,& alios quorum veſtigia inſiſtatis. Hæc tot tantorumque virorum pariter ac iuuenum exempla identidē oculis veſtris obuerſentur: perpetuo item aurib. veſtris inſonet triplicis illius apud Spartanos chori cantus: in quo ſenes, Ἄμμες πόκ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι: ætate florentes, Ἄμμες δέ γ' εἰμέν· αἰ δ' ὦν λῇς, πεῖραν λαβέ: & pueri, Ἄμμες δέ γ' ἐσσόμεσθα πολλῷ κάρρονες. Quam puerorum pollicitationem ſi, vt par eſt, ſtrenue implere ſatagetis, olim & familiæ gloriam magis magisque illuſtrabitis, & partim reipublicæ, partim vobis ipſis, domi foriſque ſolida cum laude prodeſſe poteritis. Deus opt. maximus, vnicus bonorum largitor, efficiat vt mea iſta monita omniumq; exſpectationem profectus veſtri quâ exæquent, quâ ſuperent. Valete. Francofurdi XII kal. Apriles anni MDXCI.

EX SVIDÆ LEXICO DE HVIVS LIBELLI auctoribus præcipuis.

PYTHAGORAS.

Pythagoras Samius conscripsit tres tantũ libros, *Institutorium, Politicum, Physicum.* Quidam vero ei tribuũt etiam *Aurea carmina.* Floruit autem (*inquit Diogenes Laertius*) circa sexagesimã Olympiadem: & collegium ab eo institutum perdurauit vsque ad XIX generationes.

PHOCYLIDES.

Phocylides, philosophus Milesius; eodẽ cũ Theognide vixit tẽpore: vterq; DCXLVII annis post res ad Troiã gestas; Olympiade LIX. Scripsit *Carmina hexametra* & *Elegias*, *Adhortationes* siue *Sententias*: quæ *Capita* inscribunt. surrepta autem sunt e Sibyllinis.

THEOGNIS.

Theognis Megarensis, ex Siciliæ Megaris; vixit LIX Olympiade. Scripsit *Elegiã* in eos qui e Syracusarum obsidione seruati sunt incolumes; *Sententiasq; elegiacas*, ad versus 2800: & ad Cyrnum amasium suum *Gnomologiam* elegiacis versibus,

ΠΥΘΑΓΟΡΑΣ.

Πυθαγόρας Σάμιος συνέγραψε μόνα τρία βιβλία, Παιδευτικὸν, Πολιτικὸν, Φυσικόν. τινὲς δὲ ἀνατιθέασιν αὐτῷ καὶ τὰ Χρυσᾶ ἔπη. ἤκμασε δὲ (inquit Diogenes Laertius) κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν ὀλυμπιάδα· καὶ αὐτοῦ τὸ σύστημα διέμεινε μέχρι γενεῶν ἐννεακαίδεκα.

ΦΩΚΥΛΙΔΗΣ.

Φωκυλίδης Μιλήσιος φιλόσοφος, σύγχρονος Θεόγνιδος. ἦν δὲ ἑκάτερος μετὰ χμζ' ἔτη τῶν Τρωϊκῶν· Ὀλυμπιάδι γεγονότες νθ'. ἔγραψεν ἔπη καὶ ἐλεγείας· παραινέσεις ἤτοι γνώμας· ἅστινας Κεφάλαια ἐπιγράφουσιν. εἰσὶ δὲ ἐκ τῶν Σιβυλλιακῶν κεκλεμμένα.

ΘΕΟΓΝΙΣ.

Θέογνις Μεγαρεὺς, τῶν ἐν Σικελίᾳ Μεγάρων, γεγονὼς ἐν τῇ νθ' Ὀλυμπιάδι· ἔγραψεν ἐλεγείαν εἰς τοὺς σωθέντας τῶν Συρακουσίων ἐν τῇ πολιορκίᾳ· γνώμας δι' ἐλεγείας εἰς ἔπη βω'· καὶ πρὸς Κύρνον τὸν αὐτοῦ ἐρώμενον γνωμολογίαν δι' ἐλε-

aliaque *Præcepta adhortatoria*; carmine omnia. Et Adhortationes quidem scripsit Theognis: sed interspersæ eis sunt impuritates & puerorum amores, & alia quæ virtutem sequẽs vita auersatur.

γείων, καὶ ἑτέρας ὑποθήκας παραινετικάς· τὰ πάντα ἐπικῶς. καὶ παραινέσεις μὲν ἔγραψε Θέογνις· ἀλλ' ἐν μέσῳ τούτων παρεσπαρμέναι εἰσὶ μιαρίαι καὶ παιδικοὶ ἔρωτες, καὶ ἄλλα ὅσα ὁ ἐνάρετος ἀποστρέφεται βίος.

SOLON.

Solon, philosophus Atheniensis, legislator & actor popularis. Vixit Olympiade XLVII: vt alii tradunt, LVI. Scripsit Leges; qui AXONES nominati sunt: Carmen item versib. elegiacis, quod SALAMIS inscribitur: *Præcepta* quoq; versib. elegiacis, & alia. Est vero & hic vnus e Septẽ qui nominantur Sapientibus.

ΣΟΛΩΝ.

Σόλων Ἀθηναῖος φιλόσοφος, νομοθέτης καὶ δημαγωγός. γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς μζ' Ὀλυμπιάδος· οἱ δὲ νς'. ἔγραψε νόμους. οἵτινες ἄξονες ὠνομάσθησαν· ποίημα δὲ δι' ἐλεγείων, ὃ Σαλαμὶς ἐπιγράφεται· ὑποθήκας δὲ (f. δι') ἐλεγείας, καὶ ἄλλα. ἔστι δὲ καὶ οὗτος εἷς τῶν ἑπτὰ ὀνομαζομένων σοφῶν.

De Naumachio, Callimacho, Eueno, Rhiano, & ceteris, multa hic adnotare nihil attinet: quoniam paucula tantum eorum hic posita sunt fragmenta: alioqui prologus ipsa fabula futurus esset prolixior. Quia vero multum adolescentiæ interest nosse qua cautione legenda sint cum alia profanorum auctorum scripta, tum in primis poemata, cuiuscumque ea sint generis; ex Christiani nominis theologo, & quidem primario, quoddam quasi προφυλακτικὸν *hic subiungere visum est, quo præmuniti adolescentes, absque periculo, cum fructu aliquo in harum Gnomarum lectione versari possint.*

EX ORATIONE S. BASILII;

Quomodo iuuenes e Græcorum scriptis vtilitatem percipiant.

NE miremini vero, si vobis qui ad magistros quotidie itatis, & cum doctissimis quibusque antiquorum viris,

ΜΗ θαυμάζετε δὲ εἰ καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἰς διδασκάλους φοιτῶσι, καὶ τοῖς ἐλλογίμοις τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν

in iis quos reliquerunt libris, cōuerſamini; ego quoq; me aliquid ex me ipſo cōducibilius inueniſſe aio. Hoc equidē ipſum & cōſulturus venio; Nō oportere ſcilicet omnino ac ſemel viris iſtis, ceu nauigii, gubernaculis mentis [animiq;] veſtri traditis, quâcumq; ducant, eâ conſequi: ſed iis [dumtaxat] quæ vtilia in eis ſunt, deſumptis, noſſe quænā in eis etiam negligenda ſint. Quænam igitur hęc ſint, & quomodo diiudicāda, id quoq; docebo, exinde capto initio.

Nos, ô pueri, nihil omnino hāc vitam humanam eſſe exiſtimamus: nec bonū quid in vniuerſum iudicamus aut nominamus, cuius conſummatio nobis ad hanc [dumtaxat vitam] pertingit. Quapropter nō maiorum illuſtrem ſplendorem, non vires corporis, non formæ pulchritudinem, non ſtaturæ magnitudinem, non eos qui ab omni hominū genere habentur honores, non regnum ipſum, non denique quidquid aliquis rerum humanarū protulerit, magnum, at ne optatu quidem dignū iudicamus, aut qui iis potiti ſunt, ſuſpicimus: ſed longius ſpe noſtra progredimur, & ad alius vitæ comparationem omnes actiones noſtras referimus. Quæcumque igitur ad eam nobis conferunt, diligenda totiſque viribus conſectanda eſſe dicimus: quæ vero ad eam non ferunt, tamquam nullius pretii deſpicanda.

δι' ὧν καταλελοίπασι λόγων συγγινομένοις ὑμῖν, αὐτός τι παρ' ἐμαυτοῦ λυσιτελέστερον ἐξευρηκέναι φημί. Τοῦτο μὲν οὖν αὐτὸ καὶ ξυμβουλεύσων ἥκω, τὸ Μὴ δεῖν εἰς ἅπαξ τοῖς ἀνδράσι τούτοις, ὥσπερ πλοίου, τὰ πηδάλια τῆς διανοίας ὑμῶν παραδόντας, ᾗπερ ἂν ἄγωσι, ταύτῃ συνέπεσθαι· ἀλλ' ὅσον ἐστὶ χρήσιμον αὐτῶν δεχομένους, εἰδέναι τί χρὴ καὶ παριδεῖν. Τίνα οὖν ἐστι ταῦτα καὶ ὅπως διακρινοῦμεν, τοῦτο δὴ καὶ διδάξω, ἔνθεν ἑλών. ἡμεῖς, ὦ παῖδες, οὐδὲν εἶναι χρῆμα παντάπασι τὸν ἀνθρώπινον βίον τοῦτον ὑπολαμβάνομεν· οὔτ' ἀγαθόν τι νομίζομεν ὅλως, οὔτ' ὀνομάζομεν, ὃ τὴν συντέλειαν ἡμῖν ἄχρι τούτου παρέχεται. οὐκοῦν προγόνων περιφάνειαν, οὐκ ἰσχὺν σώματος, οὐ κάλλος, οὐ μέγεθος, οὐ τὰς παρὰ πάντων ἀνθρώπων τιμάς, οὐ βασιλείαν αὐτήν, οὐχ ὅ τι ἂν εἴποι τις τῶν ἀνθρωπίνων, μέγα, ἀλλ' οὐδὲ εὐχῆς ἄξιον κρίνομεν, ἢ τοὺς ἔχοντας ἀποβλέπομεν· ἀλλ' ἐπὶ μακρότερον προΐμεν ταῖς ἐλπίσι, καὶ πρὸς ἑτέρου βίου παρασκευὴν ἅπαντα πράττομεν. ἃ μὲν οὖν ἂν συντελῇ πρὸς τοῦτον ἡμῖν, ἀγαπᾶν τε καὶ διώκειν παντὶ σθένει χρῆναι φαμέν· τὰ δὲ οὐκ ἐξικνούμενα πρὸς ἐκεῖνον, ὡς οὐδενὸς ἄξια παρορᾶν.

Et

Et mox; Ad hanc ergo ducunt ſacræ litteræ, ſecretis nos præceptis erudientes. Verumtamē quamdiu per ætatem profundā earū mētem auditu aſſequi nō licet, in aliis nō toto ab illis cælo diſtantibus, velut in vmbris quibusdam & ſpeculis, animi oculos interea quodam quaſi præludio exercitamus; eos qui in theatricis ſtudiū ponūt, imitantes; qui quū modulata manuū geſticulatione ac ſaltatione peritiā ſibi pepererūt in iſtis certaminibus, lucro ex eo ludicro proueniente fruuntur. Et nobis igitur certamen certaminū omniū maximū propoſitū eſſe putandum eſt: pro quo facienda nobis omnia, & pro viribus elaborandū eſt. Ad quod vt nos cōparemus, & poetæ, & hiſtorici, & oratores, & omnes omnino homines, frequentandi ſunt, vndecumq; aliquid vtilitatis ad animū accurandū prouēturū eſt. Quemadmodū igitur infectores prius quaſi curationibus quibusdam pręparant quodcūq; ſit quod tincturā admiſſurū eſt; atq; ita deinde florē inducūt, ſiue purpureus ſit, ſiue alius: eodē ſane modo & nos, ſi modo ineluibilē apud nos pulchri exiſtimationē permanere velimus, pſanis iſtis prius initiati, tunc ad ſacrarū ſecretarūq; inſtitutionum auditionē accedemus: & velut in aqua ſolem intueri cōnſuefacti, ita demum

Et mox, εἰς δὴ τοῦτον ἄγουσι μὲν ἱεροὶ λόγοι, δι' ἀπορρήτων ἡμᾶς ἐκπαιδεύοντες. ἕως γε μὴν ὑπὸ τῆς ἡλικίας ἐπακούειν τοῦ βάθους τῆς διανοίας αὐτῶν οὐχ οἷόν τε, ἐν ἑτέροις οὐ πάντῃ διεστηκόσιν, ὥσπερ ἐν σκιαῖς τισι καὶ κατόπτροις, τῷ τῆς ψυχῆς ὄμματι τέως προγυμναζόμεθα, τοὺς ἐν τοῖς* τακτικοῖς τὰς μελέτας ποιουμένους μιμούμενοι· οἵ γε ἐν χειρονομίαις καὶ ὀρχήσεσι τὴν ἐμπειρίαν κτησάμενοι ἐπὶ τῶν ἀγώνων, τοῦ ἐκ τῆς παιδιᾶς ἀπολαύουσι κέρδους. καὶ ἡμῖν δὴ οὖν ἀγῶνα προκεῖσθαι πάντων ἀγώνων μέγιστον νομίζειν χρεών· ὑπὲρ οὗ πάντα ποιητέον ἡμῖν καὶ πονητέον εἰς δύναμιν. ἐπὶ τὴν τούτου παρασκευὴν καὶ ποιηταῖς καὶ λογοποιοῖς καὶ ῥήτορσι, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμιλητέον, ὅθεν ἂν μέλλῃ πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν ὠφέλειά τις ἔσεσθαι. ὥσπερ οὖν οἱ δευσοποιοὶ παρασκευάσαντες πρότερον θεραπείαις τισὶν ὅ τι ποτ' ἂν ᾖ τὸ δεξόμενον τὴν βαφὴν, οὕτω τὸ ἄνθος ἐπάγουσιν, ἄν τε ἁλουργὸν, ἄν τε τι ἕτερον ᾖ· τὸν αὐτὸν δὴ καὶ ἡμεῖς τρόπον, εἰ μέλλοι ἀνέκπλυτος ἡμῖν ἡ τοῦ καλοῦ παραμένειν δόξα, τοῖς ἔξω δὴ τούτοις προτελεσθέντες, τηνικαῦτα τῶν ἱερῶν καὶ ἀπορρήτων ἐπακουσόμεθα παιδευμάτων· καὶ οἷον ἐν ὕδατι τὸν ἥλιον ὁρᾶν ἐθισθέντες, οὕτως

ipſi [eius] luci oculos admouebimus. Si ergo litteris iſtis [ſacris ſc. ac profanis] aliqua eſt inter ſe affinitas, operæ preciū in earū cognitione fecerimus: ſin minus, ſaltē ex mutua earū inter ſe cōtentione diuerſitatem perſpexiſſe, nō parū ad melioris confirmationem [proderit.] *Et paulo poſt;* Dicitur ergo & Moyſes ille præcellēs, cuius maximū ob ſapiētiā apud omnes hominnes nomē eſt, poſteaquā in Ægyptiorū diſciplinis animū exercitarat, ita deinde ad cōtemplationē EIVS QVI EST acceſſiſſe. Aſſimiliq; huic modo ferunt etiā inferiorib. temporib. ſapientē illū Danielem Babylone, cū Chaldæorū ſapientiā didiciſſet, tunc demū diuinas attigiſſe diſciplinas. Porro non inutilē animis rem eſſe ꝓfanas iſtas diſciplinas, ſatis dictū eſt: conſequens ergo fuerit vt quo modo participandū illis ſit, deinceps diſſeramus. Primū igitur, poetarum ſcriptis, (vt ab iis exordiar) quoniam in omne genus varii ſunt, non omnibus æque adtendenda mens eſt: ſed, ſi quidem bonorum virorum facta vel dicta vobis percenſeant, amplexandum id atque æmulandum, & maximopere adnitendum vt tales ſitis: ſi vero ad improbos homines imitatione ſua deueniāt, ea parte fugiendi ſunt, obſtruendæq; aures, non minus quā Vlyſſem

αὐτῷ προσβαλοῦμεν τῷ φωτὶ τὰς ὄψεις. εἰ μὲν οὖν ἐστί τις οἰκειότης πρὸς ἀλλήλους τοῖς λόγοις, προὔργου ἂν ἡμῖν αὐτῶν ἡ γνῶσις γένοιτο· εἰ δὲ μή, ἀλλὰ τό γε παράλληλα θέντας καταμαθεῖν τὸ διάφορον, οὐ μικρὸν εἰς βεβαίωσιν τοῦ βελτίονος. Et paulo poſt; λέγεται τοίνυν καὶ Μωϋσῆς ἐκεῖνος ὁ πάνυ, οὗ μέγιστόν ἐστιν ἐπὶ σοφίᾳ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ὄνομα, τοῖς Αἰγυπτίων μαθήμασιν ἐγγυμνασάμενος τὴν διάνοιαν, οὕτω προσελθεῖν τῇ θεωρίᾳ τοῦ ὄντος. παραπλησίως δὲ τούτῳ κἀν τοῖς κάτω χρόνοις τὸν σοφὸν Δανιὴλ ἐπὶ Βαβυλῶνος φασὶ τὴν σοφίαν Χαλδαίων καταμαθόντα, τότε τῶν θείων ἅψασθαι παιδευμάτων. ἀλλ' ὅτι μὲν οὐκ ἄχρηστον ψυχαῖς μαθήματα τὰ ἔξωθεν δὴ ταῦτα, ἱκανῶς εἴρηται. ὅπως γε μὴν αὐτῶν μεθεκτέον ὑμῖν, ἑξῆς ἂν εἴη λέγειν. πρῶτον μὲν οὖν τοῖς παρὰ τῶν ποιητῶν, ἵν' ἐντεῦθεν ἄρξωμαι, ἐπεὶ παντοδαποί τινές εἰσι, μὴ πᾶσιν ἐφεξῆς προσέχειν τὸν νοῦν· ἀλλ' ὅταν μὲν τὰς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν πράξεις ἢ λόγους ὑμῖν διεξίωσιν, ἀγαπᾶν τε καὶ ζηλοῦν, καὶ ὅτι μάλιστα πειρᾶσθαι τοιούτους εἶναι· ὅταν δὲ ἐπὶ μοχθηροὺς ἄνδρας ἔλθωσι τῇ μιμήσει, ταύτην δεῖ φεύγειν, ἐπιφρασσομένους τὰ ὦτα, οὐχ ἧττον ἢ τὸν Οδυσσέα φησὶν

illi Sirenum cantus declinasse perhibent. Nam familiaris cum futilibus sermonib. cōsuetudo, ad res [eiusmodi] via quędā est. Quapropter omni cautione custodiēdus nobis animus, ne per suaues verborum illecebras imprudentes peiorū aliquid assumamus; vt ii qui noxia pharmaca melle occultata admittūt. Nō laudabimꝰ ergo poetas si cōuiciantes illudentesve imitentur; nō si amātes aut temulentos effingant; nō deniq; si mensa referta cantionibusq; dissolutis beatitudinē definiant. Omnium vero minime aures eis præbebimus si de diis verba faciant; maxime si de iis ita narrent quasi multi sint, ac ne ii quidem inter se concordes. Frater enim a fratre apud eos dissidet, & parens a liberis: atque his rursum aduersus parentes infestissimum, ac ne denunciatum quidem bellum est. Deorū vero adulteria, & amores, coitusque in propatulo, atque inprimis ipsius summi omnium capitis Iouis, vt ipsi quidem aiūt; quos vel in sermone de pecudib. narrare aliquis erubescat; scenicis relinquamus.

φασὶν ἐκεῖνοι τὰ τῶν Σειρήνων μέλη. ἡ γὰρ πρὸς τοὺς φαύλους τῶν λόγων συνήθεια, ὁδός τίς ἐστιν ἐπὶ τὰ πράγματα. διὸ δὴ πάσῃ φυλακῇ τὴν ψυχὴν τηρητέον, μὴ διὰ τῆς τῶν λόγων ἡδονῆς παραδεξάμενοί τι λάθωμεν τῶν χειρόνων, ὥσπερ οἱ τὰ δηλητήρια μετὰ τοῦ μέλιτος προσιέμενοι. οὐ τοίνυν ἐπαινεσόμεθα τοὺς ποιητὰς οὐ λοιδορουμένους, οὐ σκώπτοντας, οὐκ ἐρῶντας ἢ μεθύοντας μιμουμένους, οὐχ ὅταν τραπέζῃ πληθούσῃ καὶ ᾠδαῖς ἀνειμέναις τὴν εὐδαιμονίαν ὁρίζωνται. πάντων δὲ ἥκιστα περὶ θεῶν τι διαλεγομένοις προσέξομεν, καὶ μάλιστα ὅταν ὡς περὶ πολλῶν τε αὐτῶν διεξίωσι, καὶ τούτων οὐδ᾽ ὁμονοούντων. ἀδελφὸς γὰρ δὴ παρ᾽ ἐκείνοις διαστασιάζει πρὸς ἀδελφόν, καὶ γονεὺς πρὸς παῖδας· καὶ τούτοις αὖθις πρὸς τοὺς τεκόντας πόλεμός ἐστιν ἀκήρυκτος. μοιχείας δὲ θεῶν καὶ ἔρωτας καὶ μίξεις ἀναφανδόν, καὶ ταύτας γε μάλιστα τοῦ κορυφαίου πάντων καὶ ὑπάτου Διός, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν, ἃ κἂν περὶ βοσκημάτων τις λέγων ἐρυθριάσειε, τοῖς ἐπὶ σκηνῆς καταλείψωμεν.

Quo in loco vt a fluxa vita nos ad sempiternæ meditationem, vniusque ac veri Dei cultum excitat theologus: ita Orpheus quoque poeta vetustissimus in his quæ subiungere placuit fragmentis.

LOquar quibus fas eſt: ſed fores obdite profanis
Omnibus ſimiliter: tu vero audi luciferæ proles Lunæ
Muſæe. ediſſeram enim vera: nec te quæ prius
In pectore viſa ſunt, caro æuo priuent:
Sed in diuinum verbum intuitus, huic aſſide,
Dirigens intellectuoſum mentis penetrale. Bene autẽ inſiſte
Callem: ſolumque inſpecta mundi regem.
Eſt autem vnus, ex ſe genitus, vnoq; illo enata ſunt omnia:
In quibus ipſe circumitat: neque quis eum
Cernit mortalium; ipſe tamen omnes videt.
Hic porro e bono malum dat mortalibus,
Et bellum horribile, & ærumnas lacrymoſas.
Nec eſt alius quis. Tu vero facile omnia perſpexeris,
Si eum videris, priusquam ſcilicet huc in terram.
Nate mi, oſtendam tibi, cum videro eius
Veſtigia, & manum validam potentis Dei.
Ipſum tamen non video: nubes enim circumpoſita eſt
Deinceps mihi. ſtant autem decem orbes hominibus.
Nec enim quis viderit mortalium hominum dominatorem,
Niſi is ſolum qui priſci retro generis propago ſit.

Eiuſdem.

Ætheris & inferni, maris terræque dominator,
Qui tonitrubus quaſſas validam domum Olympi;
Quem dæmones exhorreſcunt, deorumque metuit cœtus;
Qui ventos moues, nebulisque omnia operis,
Preſteribusq; findis ſpatioſum ætherem: tuus in aſtris
Ordo immutabilibus iuſſis currit:
Tuoque ſolio ignito adſtant laborioſi
Angeli, quibus curæ eſt quomodo cuncta gerantur hominib.
Veni maxime deorum omnium cum valida neceſſitate;
Horribilis, inuictus, magnus, immortalis, quẽ coronat ęther.
Adesdum; auribus mihi puroque auditu patefacto,
Audi ordinem cunctum quem ſcil. perfecit genius
Et e nocte vna, & ex vno die ſic.

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί· θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις
Πᾶσιν ὁμῶς· σὺ δ' ἄκουε φαεσφόρου ἔκγονε μήνης
Μουσαῖ'. ἐξερέω γὰρ ἀληθέα· μηδέ σε τὰ πρὶν
Ἐν στήθεσσι φανέντα, φίλης αἰῶνος ἀμέρσῃ.
Εἰς δὲ λόγον θεῖον βλέψας, τούτῳ προσέδρευε,
Ἰθύνων κραδίης νοερὸν κύτος· εὖ δ' ἐπίβαινε
Ἀτραπιτοῦ· μοῦνον δ' ἐσόρα κόσμοιο ἄνακτα.
Εἷς δ' ἔστ' αὐτογενὴς, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται.
Ἐν δ' αὐτοῖς αὐτὸς περινίσσεται· οὐδέ τις αὐτὸν
Εἰσοράᾳ θνητῶν, αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται.
Οὗτος δ' ἐξ ἀγαθοῖο κακὸν θνητοῖσι δίδωσι,
Καὶ πόλεμον κρυόεντα, καὶ ἄλγεα δακρυόεντα.
Οὐδέ τις ἔσθ' ἕτερος· σὺ δέ κεν ῥέα πάντ' ἐσορήσαις,
Αἴ κεν ἴδῃς αὐτὸν πρὶν δή ποτε δεῦρ' ἐπὶ γαῖαν.
Τέκνον ἐμὸν, δείξω σοι, ὁπηνίκα δέρκομαι αὐτοῦ
Ἴχνια καὶ χεῖρα στιβαρὴν κρατεροῖο θεοῖο·
Αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόω· περὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται
Λοιπὸν ἐμοί· στᾶσιν δὲ δέκα πτυχαὶ ἀνθρώποισιν.
Οὐ γάρ κέν τις ἴδοι θνητῶν μερόπων κραίνοντα,
Εἰ μὴ μουνογενής τις ἀπορρὼξ φύλου ἄνωθεν.

Τοῦ αὐτοῦ.

Αἰθέρος ἠδ' ἀΐδου, πόντου, γαίης τε τύραννε,
Ὃς βρονταῖς σείεις βελαρὸν δόμον ὀλύμποιο,
Δαίμονες ὃν φρίσσουσι, θεῶν δὲ δέδοικεν ὅμιλος.
Ὃς κινεῖς ἀνέμους, νεφέλῃσί τε πάντα καλύπτεις,
Πρηστῆρσι σχίζων πλατὺν αἰθέρα· σὴ μὲν ἐν ἄστροις
Τάξις ἀναλλάκτοισιν ἐφημοσύνῃσι τρέχουσα.
Σῷ δὲ θρόνῳ πυρόεντι παρεστᾶσιν πολύμοχθοι
Ἄγγελοι, οἷσι μέμηλε βροτοῖς ὡς πάντα τελεῖται.
Ἐλθὲ μέγιστε θεῶν πάντων κρατερῇ σὺν ἀνάγκῃ,
Φρικτὸς, ἀήττητος, μέγας, ἄφθιτος, ὃν στέφει αἰθήρ·
Δεῦρό νυν, οὔατά μοι καθαρὰς ἀκοάς τε πετάσσας,
Κέκλυθι τάξιν ἅπασαν ὅσην τεκμήρατο δαίμων
Ἔκ τε μιῆς νυκτὸς, ἠδ' ἐξ ἑνὸς ἤματος αὔτως.

PYTHAGORÆ
AVREA CARMINA.

PRIMVM deos immortales,vt lege illis ordinatum eſt,
Cole; & iuſiurandum obſerua : deinde heroas præclaros,
Et inferos dæmonas venerare, legitima [eis ſacra] faciens.
Parentesque honora,& qui genere tibi proximi ſunt.
Ceterorũ vero tibi amicũ virtute fac quisquis [eſt] optimus.
Lenibus cede verbis factisque vtilibus.
Nec oderis amicum tuum exigui peccati cauſa,
Quoad poteris: potentia enim prope neceſſitatem habitat.
Hæc quidem ſic teneas.Cæterum his ſuperior eſſe aſſueſce:
Ventre quidem primum,& ſomno, & libidine,
Et iracundia. Turpe vero quidpiã numquã facies nec cũ alio,
Nec tecum: ſed omnium maxime teipſum reuerere.
Deinde iuſtitiam exerce,& verbis & factis.
Neque inconſiderate te in vlla re gerere aſſueſce:
Sed noris quod omnibus fato deſtinatum ſit mori:
Pecuniæ vero aliâs acquiri ſolent,aliâs perdi.
Quasque diuina ſorte homines calamitates habent,
Earũ quãcumq; portionem habes, leniter fer,nec indignare:
Mederi tamen [illis] decet, quantum potes. Sic vero cogita;
Non admodum multum bonis[viris]Parca de illis tribuit.
Multi vero inter homines tam mali quam boni ſermones
Incidunt: quibus neq; exterrearis,neque ſinas
Te dimoueri [ab inſtituto.] Mendacii vero ſi quid dicatur,
Leniter ſuſtine.Quod autẽ [nunc]dicã,per omnia perficitor:
Nemo tibi neque verbis, neque factis perſuadeat,
Vt facias dicas ve quod tibi non ſit commodum.
Conſulta ante opus,vt ne ſtulta[inde] exſiſtant.
Stolidi vtique eſt viri & facere & dicere inconſiderata.
Verum ea perage,quæ te poſtea non moleſtent.
Nihil autem illorum age quæ ignoras : ſed diſce
Quæcumque opus eſt : atq; ita iucundiſſimã vitam traſiges.
Neq; ſanitatẽ quæ corpori debetur,neglectui haberi oportet:
Sed modum in potu,cibo,& exercitiis
Adhibeas:Modũ autẽ voco id quod tibi dolorem non pariat.

Sed

ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ

ΧΡΥΣΑ ΕΠΗ.

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεούς, νόμῳ ὡς * διάκεινται,
Τίμα, καὶ σέβου ὅρκον· ἔπειθ' ἥρωας ἀγαυούς,
Τούς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας, ἔννομα ῥέζων.
Τούς τε γονεῖς τίμα, τούς τ' ἄγχιστ' ἐκγεγαῶτας.
Τῶν δ' ἄλλων ἀρετῇ ποιοῦ φίλον ὅστις ἄριστος.
Πραέσι δ' εἶκε λόγοις, ἔργοισί τ' ἐπωφελίμοισι.
Μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς,
Ὄφρα δύνῃ· δύναμις γὰρ ἀνάγκης ἐγγύθι ναίει.
Ταῦτα μὲν οὕτως ἴσθι· κρατεῖν * δ' εἰθίζεο τῶνδε·
Γαστρὸς μὲν πρώτιστα, καὶ ὕπνου, λαγνείης τε,
Καὶ θυμοῦ. πρήξεις δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλου,
Μήτ' * ἰδίῃ· πάντων δὲ μάλιστ' αἰσχύνεο σαυτόν.
Εἶτα δικαιοσύνην * ἀσκεῖν ἔργῳ τε λόγῳ τε.
Μηδ' ἀλογίστως σαυτὸν ἔχειν περὶ μηδὲν ἔθιζε·
Ἀλλὰ γνῶθι μὲν ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασι·
Χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φιλεῖ, ἄλλοτ' ὀλέσθαι.
Ὅσά τε δαιμονίῃσι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν·
Ὧν ἂν μοῖραν ἔχῃς, πράως φέρε, μηδ' ἀγανάκτει·
Ἰᾶσθαι δὲ πρέπει καθόσον δύνῃ· ὧδε δὲ φράζευ·
Οὐ πάνυ τοῖς ἀγαθοῖς τούτων πολὺ μοῖρα δίδωσι.
Πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι λόγοι δειλοί τε καὶ ἐσθλοὶ
Προσπίπτουσ'· ὧν μήτ' ἐκπλήσσεο, μήτ' ἄρ' ἐάσῃς
Εἴργεσθαι σαυτόν· ψεῦδος δ' ἤνπερ τι λέγηται,
Πράως * ἴσχ'. ὃ δέ τοι ἐρέω, ἐπὶ * παντὶ τελείσθω.
Μηδεὶς μήτε λόγῳ σε παρείπῃ, μήτέ τι ἔργῳ,
Πρῆξαι μηδ' εἰπεῖν ὅ τι τοι μὴ βέλτερόν ἐστι.
Βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέληται.
Δειλοῦ τοι πρήσσειν τε λέγειν τ' ἀνόητα πρὸς ἀνδρός·
Ἀλλὰ τάδ' ἐκτελέειν, ἅ σε μὴ μετέπειτ' ἀνιήσῃ·
Πρῆσσε δὲ μηδὲν τῶν μὴ ἐπίστασαι, ἀλλὰ διδάσκου
Ὅσα χρεών· καὶ τερπνότατον βίον ὧδε διάξεις.
Οὐδ' ὑγιείης τῆς περὶ σῶμ' ἀμέλειαν ἔχειν χρή·
Ἀλλὰ ποτοῦ τε μέτρον καὶ σίτου γυμνασίων τε
Ποιεῖσθαι· μέτρον δὲ λέγω τόδ', ὃ μή σ' ἀνιήσῃ.

Sed aſſueſce victum habere purum, non delicioſum.
Et caue ea facere quæcumque inuidiam habent.
Nec ſumptus importune facias, velut honeſti ignarus;
Nec illiberalis ſis: Modus quippe in omnibus optimus.
Fac ea quæ tibi non noceant: & ante opus delibera.
Neque ſomnum mollibus oculis admittas,
Priuſquam diurnorũ operum ſingula ter [animo] percurras:
Vbi trãſilii? quid feci? quid mihi, cũ oporteret, nõ peractũ eſt?
Exorſus autem a primo percenſe: & deinde
Turpibus quidẽ perpetratis, increpare; bonis vero, delectare.
Hæc elabora; hæc meditare; hæc te amare oportet:
Hæc te in diuinæ virtutis veſtigia conſtituent.
Ita certe per eum qui animæ noſtræ tribuit quaternum,
Fontem perennis naturæ. Cæterum ad opus accede,
Deos vt [id] perficiant precatus. Hæc adeptus,
Cognoſces & immortalium deorum & mortaliũ hominum
Conſiſtentiam, qua & transeunt ſingula, & continentur.
Cognoſcesque quâ fas eſt, naturam in omni re ſimilem.
Vt neque ſperes non ſperanda, neque quicquam [te] lateat.
Cognoſces quoq; homines ſua ſponte accerſita mala habere.
Miſeri, qui bona cum prope ſunt, non inſpiciunt,
Neque audiunt. Malorum vero ſolutionem pauci intelligũt.
Talis ſors hominum lædit mentes. illi vero cylindris
Aliâs aliô feruntur, infinita habentes mala.
Triſtis enim comes lis latenter nocet,
Congenita: quam non decet accerſere, ſed cedendo fugere.
Iupiter pater, aut multis omnes ſolueres malis,
Aut omnibus, quali fortuna ſint vſuri, monſtrares.
Sed tu confide; quandoquidem diuinũ eſt mortalib. genus
Quibus ſancta proferens natura oſtendit ſingula.
Quorum ſi qua tibi portio eſt, tenebis quæ te iubeo
Medela adhibita, & animam ab iſtis ærumnis liberabis.
Sed abſtine edulibus quæ diximus, cum in purgationibus
Tum in animæ ſolutione diiudicans; & ſingula conſidera,
Auriga ſuperne conſtituta optima ratione.
Quod ſi relicto corpore ad liberum æthera perueneris,
Eris immortalis Deus incorruptibilis, nec amplius mortalis.

Eiuſdem.

Parce tuæ vitæ, ne ipſam animi affectibus deuores.

Εἴθιζου δ' ἐδίαιταν ἔχειν καθάρειον, ἄθρυπτον.
Καὶ πεφύλαξό γε ταῦτα ποιεῖν ὁπόσα φθόνον ἴσχει.
Μὴ δαπανᾷν παρὰ καιρὸν, ὁποῖα καλῶν ἀδαήμων·
Μηδ' ἀνελεύθερος ἴσθι· μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.
Πρῆσσε δὲ ταῦθ' ἅ σε μὴ βλάψῃ· λόγισαι δὲ πρὸ ἔργου.
* Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν·
Πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
Ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου, ἐπέξιθι· καὶ μετέπειτα,
Δειλὰ μὲν ἐκπρήξας, ἐπιπλήσσεο· χρηστὰ δὲ, τέρπου.
Ταῦτα πόνει, ταῦτ' ἐκμελέτα· τούτων χρὴ ἐρᾷν σε·
Ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει.
* Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρα ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν,
Παγὰν ἀενάου φύσεως. ἀλλ' ἔρχευ ἐπ' ἔργον,
Θεοῖσιν ἐπευξάμενος τελέσαι. τούτων δὲ κρατήσας,
Γνώσῃ ἀθανάτων τε θεῶν θνητῶν τ' ἀνθρώπων
Σύστασιν, ᾗ τε ἕκαστα διέρχεται, ᾗ τε κρατεῖται·
Γνώσῃ δ', ᾗ θέμις ἐστὶ, φύσιν περὶ παντὸς ὁμοίην·
Ὥστε σε μήτε ἄελπτ' ἐλπίζειν, μήτε τι λήθειν.
Γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας.
Τλήμονες, οἵτ' ἀγαθῶν πέλας ὄντων, οὐκ ἐσορῶσιν,
Οὔτε κλύουσι· λύσιν δὲ κακῶν παῦροι συνίσασι.
Τοίη μοῖρα βροτῶν βλάπτει φρένας· οἱ δὲ κυλίνδροις
Ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρονται, ἀπείρονα πήματ' ἔχοντες.
Λυγρὴ γὰρ συνοπαδὸς ἔρις βλάπτουσα λέληθεν
Σύμφυτος· ἣν οὐ δεῖ προσάγειν, εἴκοντα δὲ φεύγειν.
Ζεῦ πάτερ, ἦ πολλῶν γε κακῶν λύσειας ἅπαντας,
Ἢ πᾶσιν δείξαις οἵῳ τῷ δαίμονι χρῶνται.
Ἀλλὰ σὺ θάρσει· ἐπεὶ θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν,
Οἷς ἱερὰ προφέρουσα φύσις δείκνυσιν ἕκαστα.
Ὧν εἴ σοί τι μέτεστι, κρατήσεις ὧν σε κελεύω,
Ἐξακέσας, ψυχὴν δὲ πόνων ἀπὸ τῶνδε σαώσεις.
Ἀλλ' εἴργου βρωτῶν ὧν εἴπομεν, ἔν τε καθαρμοῖς
Ἔν τε λύσει ψυχῆς κρίνων· καὶ φράζευ ἕκαστα,
Ἡνίοχον γνώμην στήσας καθύπερθεν ἀρίστην.
Ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
Ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

τοῦ αὐτοῦ.

Φείδεο τῆς ζωῆς, μή μιν καταθυμοβορήσῃς.

PHOCYLIDIS POEMA ADMONITORIVM.

NEc furtiuas nuptias quære, nec masculã venerẽ exerce.
Ne fraudes necte, neq; sanguine manus pollue.
Ne ditescas iniuste, sed ex iuste partis viue.
Esto contentus præsentibus, & ab alienis abstine.
Mendacia ne dixeris, sed vera omnia loquere.
Primum Deum cole; postea vero tuos parentes.
Omnibus iusta tribue, neque iudicium ad gratiam trahe.
Ne abiicias paupertatem iniuste, ne iudica personam:
Quod si tu male iudicaueris, Deus te postea iudicabit.
Testimonium mendax fugito, & iusta loquere.
Virginitatem custodi, fidemque in omnibus serua.
Mẽsuras tribue iustas: quoniã modus in omnib. bonus [est.]
Lancem ne impellas in alterã libræ partẽ, sed æqualẽ trahe.
Nec peieraueris, neque inscienter, neque sponte:
Falsum iuramentũ odit Deus immortalis, quicũq; iurauerit.
Semina ne furare: exsecrabilis [est] quisquis abstulerit.
Mercedem laboranti da; ne afflige pauperem.
Linguæ mentẽ adhibe; occultum verbũ in pectore contine.
Nec iniurius velis esse; neque item iniuste agentem sinas.
Mendico statim da, neque cras venire iube.
Impleta manu tua, misericordiam egeno exhibe.
Exsulem in domum excipe; & cæcum in viam duc.
Naufragorum miserere; quoniam nauigatio incerta est.
Manum lapso porrige; serua cui nemo assistit, virum.
Communes casus omnium; vita trochus; instabilis felicitas.
Si diuitias possides, tuam manum pauperibus porrige.
Quæ tibi dedit Deus, de his egentibus præbe.
Sit communis omnis vita, & concordia omnia.
Gladium accinge, non ad cædem, sed ad vltionem:
Vtinam vero non indigeas [hoc,] neq; legitime, neq; iniuste.
Nam etiamsi hostem occideris, manum tuam polluis.
Ab agro vicino abstine, neque transeas.
Omnium optimus modus est; transgressiones vero vitiosæ.
Non crescentem adhuc agri fructum lædes.

Sint

ΦΩΚΥΛΙΔΟΥ

ΠΟΙΗΜΑ ΝΟΥΘΕΤΙΚΟΝ.

Μήτε γαμοκλοπέειν,* μήτ' ἄρσενα κύπριν ὀρίνειν.
Μήτε δόλους ῥάπτειν, μήθ' αἵματι χεῖρα μιαίνειν.
Μὴ πλουτεῖν ἀδίκως, ἀλλ' ἐξ ὁσίων βιοτεύειν.
Ἀρκεῖσθαι παρεοῦσι, καὶ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι.
Ψεύδεα μὴ βάζειν, τὰ δ' ἐτήτυμα πάντ' ἀγορεύειν.
Πρῶτα θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σεῖο γονῆας.
Πᾶσι δίκαια νέμειν, μὴ δὲ κρίσιν ἐς χάριν ἕλκειν.
Μὴ ῥίψῃς πενίην ἀδίκως, μὴ κρῖνε πρόσωπον·
Ἢν σὺ κακῶς δικάσῃς, σὲ θεὸς μετέπειτα δικάσσει.
Μαρτυρίην ψευδῆ φεύγειν, τὰ δίκαι' ἀγορεύειν.
Παρθενίην τηρεῖν, πίστιν δ' ἐν πᾶσι φυλάσσειν.
Μέτρα νέμειν τὰ δίκαια· καλὸν δ' ἐπὶ μέτρον ἅπασι.
Σταθμὸν μὴ κρούειν ἑτερόζυγον, ἀλλ' ἴσον ἕλκειν.
Μήτ' ἐπιορκήσῃς, μήτ' ἀγνὼς, μήτε ἑκόντι.
Ψεύδορκον στυγέει θεὸς ἄμβροτος ὅστις ὀμόσσῃ.
Σπέρματα μὴ κλέπτειν· ἐπαράσιμος ὅστις ἀρεῖται.
Μισθὸν μοχθήσαντι δίδου· μὴ θλῖβε πένητα.
Γλώσσῃ νοῦν ἐχέμεν, κρυπτὸν λόγον ἐν φρεσὶν ἴσχειν.
Μήτ' ἀδικεῖν ἐθέλῃς, μήτ' οὖν ἀδικοῦντα ἐάσῃς.
Πτωχῷ δ' εὐθὺ δίδου, μήτ' αὔριον ἐλθέμεν εἴπῃς.
Πληρώσας σέο χεῖρ', ἔλεον χρήζοντι παράσχου.
Ἄστεγον εἰς οἶκον δέξαι, καὶ τυφλὸν ὁδήγει.
Ναυηγοὺς οἴκτειρον· ἐπεὶ πλόος ἐστὶν ἄδηλος.
Χεῖρα πεσόντι δίδου, σῶσον δ' ἀπερίστατον ἄνδρα·
Κοινὰ πάθη πάντων· ὁ βίος τροχός· ἄστατος ὄλβος.
Πλοῦτον ἔχων, σὴν χεῖρα πενητεύουσιν ὄρεξον.
Ὧν σοι ἔδωκε θεὸς, τούτων χρήζουσι παράσχου.
Ἔστω κοινὸς ἅπας ὁ βίος, καὶ ὁμόφρονα πάντα.
Τὸ ξίφος ἀμφιβαλοῦ, μὴ πρὸς φόνον, ἀλλ' ἐς ἄμυναν·
Εἴθε δὲ μὴ χρήζοις, μήτ' ἔννομα, μήτ' ἀδίκως γε·
Ἢν γὰρ ἀποκτείνῃς ἐχθρὸν, σέο χεῖρα μιαίνεις.
Ἀγροῦ * γειτονέοντος ἀπόσχεο, μὴ δ' ἄρ ὑπερβῇς.
Πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίαι δ' ἀλεγειναί.
Μηδέ τιν' αὐξόμενον * καρπὸν λώβησον ἀρούρης.

Sint in pari honore aduenæ cum ciuibus:
Omnes enim paupertatem experimur vagam:
Regioque nullum ſtabile habet ſolum hominibus.
Auaritia mater eſt mali omnis:
Aurum ſemper ineſcatio eſt,& argentum, hominibus.
O aurum malorum dux,vitæ corruptela, omnia conuellens;
Vtinam non eſſes mortalibus malum deſiderabile.
Tuâ enim cauſſa pugnæ,prædæ,cædesque [ſunt;]
Infenſi parentibus liberique,fratresque conſanguineis.
Neque aliam occulta in corde ſententiam, aliam effare:
Neque vt ſaxis adhærens polypus,pro loco muteris:
[Sed omnibus ſimplex eſto; & ex animo loquere.]
Qui volens iniuſte agit,malus vir [eſt:] ſed qui ex neceſſitate,
Non dico prorſus (malum:) ſed inſtitutũ examina cuiuſq;.
Ne efferaris ſapientia,neque robore,neque opibus:
Vnus Deus eſt ſapiens,potens ſimul & omnifariam diues.
Neque præteritis malis macera cor tuum:
Nec enim amplius poteſt,quod [ſemel] factũ eſt,eſſe infectũ.
Ne [ſis] præceps ad manum; ſed frena ferocem iram.
Sæpe enim percutiens,inuitus cædem perpetraueris.
Paſſiones ſint communes: nihil magnum neq; ſuperbũ [ſit.]
Non bona eſt redundans mortalibus vtilitas.
Nimius autem luxus ad immodicos trahit amores.
Inflat autem nimia opulentia,& ad contumeliam incitat.
Excandeſcentia ſubrepens,furorem parit pernicioſum.
Ira,cupiditas eſt;[tẽporis] vero [modũ] excedẽs,ira inueterata.
Æmulatio bonorum,bona: malorum vero,praua.
Audacia malorum, exitioſa; ſed valde iuuat bona tractantes.
Virtutis amor,honeſtus eſt: at Veneris,auget dedecus.
Voluptas [vir] prudens vocatur inter ciues.
Moderate comede,bibe, ac loquere:
Omnium modus optimus,exceſſus vero vitandus eſt.
Ne inuideas bona ſociis, ne reprehenſionem affigas:
Sine inuidia etiam dii inter ſe degunt.
Non inuidet luna longe præſtantioribus ſolis radiis:
Nec terra altitudini cæleſti,licet ipſa ſit infra:
Non flumina mari; ſed ſempiternam concordiam agunt.
Nam ſi diſcordia inter deos eſſet,non conſiſteret polus.
Temperantiam exerce: & obſcenis factis abſtine.
Ne ſectare malignitatem,ſed iure abole vindictam.

Ἔστωσαν ὁμότιμοι ἐπήλυδες ἐν πολιήταις·
Πάντες γὰρ πενίης πειρώμεθα τῆς πολυπλάγκτου·
Χώρη δ' οὔτι βέβαιον ἔχει πέδον ἀνθρώποισιν.
Ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης.
Χρυσὸς ἀεὶ δόλος ἐστὶ καὶ ἄργυρος ἀνθρώποισι.
Χρυσὲ κακῶν ἀρχηγὲ, βιοφθόρε, πάντα χαλέπτων·
Εἴθε σὲ μὴ θνητοῖσι γενέσθαι πῆμα ποθεινόν.
Σοῦ γὰρ ἕκητι μάχαι τε, λεηλασίαι τε, φόνοι τε·
Ἐχθρὰ δὲ τέκνα γονεῦσιν, ἀδελφοί τε συναίμοις.
Μηδ' ἕτερον κεύθῃς κραδίῃ νόον, ἄλλ' ἀγορεύων.
Μηδ' ὡς πετροφυὴς πολύπους κατὰ χῶραν ἀμείβου·
[Πᾶσιν δ' ἁπλόος ἴσθι, τὰ δ' ἐκ ψυχῆς ἀγόρευε.]
Ὅστις ἑκὼν ἀδικεῖ, κακὸς ἀνήρ· ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης,
Οὐκ ἐρέω τὸ τέλος· βουλὴ δ' εὐθύνει ἑκάστου.
Μὴ γαυροῦ σοφίῃ, μήτ' ἀλκῇ, μήτ' ἐνὶ πλούτῳ·
Εἷς θεός ἐστι σοφὸς, δυνατός θ' ἅμα καὶ πολύολβος.
Μηδὲ παρῳχομένοισι κακοῖς τρύχου τεὸν ἦτορ.
Οὐκέτι γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον.
Μὴ προπετὴς ἐς χεῖρα, χαλίνου δ' ἄγριον ὀργήν.
Πολλάκι γὰρ πλήξας, ἀέκων φόνον * ἐξετέλεσσας.
Ἔστω κοινὰ πάθη· μηδὲν μέγα, μήθ' ὑπέροπλον.
Οὐκ ἀγαθὸν πλεονάζον ἔφυ θνητοῖσιν ὄνειαρ·
Ἡ πολλὴ δὲ τρυφὴ πρὸς ἀμέτρους ἕλκει ἔρωτας.
Ὑψαυχεῖ δ' ὁ πολὺς πλοῦτος, καὶ ἐς ὕβριν ἀέξει.
Θυμὸς ὑπερχόμενος, μανίην ὀλοόφρονα τεύχει.
Ὀργὴ δ', ἐστὶν ὄρεξις· ὑπερβαίνουσα δὲ, μῆνις.
Ζῆλος τῶν ἀγαθῶν ἐσθλὸς, φαύλων δ' ὑπερεργός.
Τόλμα κακῶν, ὀλοὴ, μέγ' ὀφέλλει δ' ἐσθλὰ πονεῦντας.
Σεμνὸς ἔρως ἀρετῆς· ὁ δὲ Κύπριδος, αἶσχος ὀφέλλει.
Ἡδὺς ἀγανόφρων κικλήσκεται ἐν πολιήταις.
Μέτρῳ μὲν φαγέειν, πιεῖν, καὶ μυθολογεύειν·
Πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίη δ' * ἀλεγεινή.
Μὴ φθονέῃς δ' ἀγαθῶν ἑτάροις, μὴ μῶμον ἀνάψῃς·
Ἄφθονοι οὐρανίδαι καὶ ἐν ἀλλήλοις τελέθουσιν.
Οὐ φθονέει μήνη πολὺ κρείσσοσιν ἡλίου αὐγαῖς·
Οὐ χθὼν οὐρανίοις ὑψώμασι νέρθεν ἐοῦσα·
Οὐ ποταμοὶ πελάγεσσιν· ἀεὶ δ' ὁμόνοιαν ἔχουσιν.
Εἰ γὰρ ἔρις μακάρεσσιν ἔην, οὐκ ἂν πόλος ἔστη.
Σωφροσύνην δ' ἀσκεῖν, αἰσχρῶν δ' ἔργων ἀπέχεσθαι.
Μὴ μιμοῦ κακότητα, δίκῃ δ' ἀπόλειψον ἄμυναν.

Perſuaſio quidem vtilitatem,lis vero litem gignit.
Ne credas cito,priuſquam certo finem perſpicias.
Vincere benefacientes pluribus meritis conuenit.
Pulchrius eſt excipere hoſpitem ſtatim frugalibus menſis,
Quam pluribus ſubdolis & tardantibus intempeſtiue.
Numquam fœnerator amarus ſis viro pauperi.
Neque quis aues e nido ſimul omnes auferat;
Sed matrem dimittas,vt rurſus habeas ex ea pullos.
Numquam iudicare homines ſiueris imperitos:
Sapientiam ſapiēs dirigit; artes autem qui eiuſdem eſt artis.
Non capit magnam doctrinam qui non didicit audire:
Nihil enim intelligunt qui numquam bona didicere.
Nec menſipetas adulatores fac ſodales.
Multi namque cibi & potus ſunt ſodales,
Tempori ſeruientes,ſi habeant vnde ſatientur;
Succenſentes paucis,& omnes multis inexplebiles.
Vulgo ne fide: mutabilis ingenio eſt turba
Vulgus,aqua,& ignis,cohiberi nequeunt.
Neque fruſtra ad ignem ſedens deuores carum cor.
Moderata diis præſta : modus enim eſt optimus.
Terram impartire inſepultis cadaueribus.
Ne tumulum mortuorum refodias, neque non aſpectanda
Soli monſtres,diuinamque iram prouoces.
Non honeſtum eſt hominis compagem reſoluere.
Et mox e terra ſperamus nos in lucem prodituros,
Defunctorum reliquias: poſtea vero dii erunt.
Animæ namque incorruptæ manent in mortuis.
Spiritus enim vſui a Deo datus eſt mortalibus,& imago Dei.
Corpus enim ex terra habemus,& omnes in eam
Reſoluti puluis ſumus; cælum vero ſpiritum recipit.
Diuitiis ne parcas;[ſed] recordare quod mortalis es.
Non licet in infernū opes habere , vel pecuniam [eo] vehere.
Omnes vita functi,pares ſunt; animabus autē Deus imperat.
Communia domorum tecta æterna,& patria orcus:
Communis locus vniuerſis,& pauperibus & regibus.
Non multum temporis viuimus homines,ſed ad tempus:
Anima vero immortalis & ſenectutis expers viuit perpetuo.
Neque malis ſuccumbe,neque item exſulta gaudio:
Sæpe in vita etiam confidentibus diffidendum.
Tempori ſerui,nec refla ventis.

Infortu-

Πειθὼ μὲν γὰρ ὄνειαρ, ἔρις δ' ἔριν ἀντιφυτεύει.
Μὴ πίστευε τάχιστα, πρὶν ἀτρεκέως πέρας ὄψει.
Νικᾶν εὖ ἔρδοντας ἐπὶ πλεόνεσσι καθήκει.
Καλὸν ξεινίζειν ταχέως λιταῖσι τραπέζαις,
Ἢ πλείσταις δολίαισι, βραδυνούσαις παρὰ καιρόν.
Μηδέποτε χρήστης πικρὸς γένῃ ἀνδρὶ πένητι.
Μηδέ τις ὄρνιθας καλιῆς ἅμα πάντας ἑλέσθω·
Μητέρα δ' ἐκπρολίποις, ἵν' ἔχῃς πάλι τῆσδε νεοττούς.
Μηδέ ποτε κρίνειν ἀδαήμονας ἄνδρας ἐάσῃς·
Τὴν σοφίην σοφὸς ἰθύνει, τέχνας δ' ὁμότεχνος.
Οὐ χωρεῖ μεγάλην διδαχὴν ἀδίδακτος ἀκούειν·
Οὐ γὰρ δὴ νοέουσ' οἱ μηδέποτ' ἐσθλὰ μαθόντες.
Μηδὲ τραπεζοκόρους κόλακας ποιεῖσθαι ἑταίρους.
Πολλοὶ γὰρ πόσιος καὶ βρώσιός εἰσιν ἑταῖροι,
Καιρὸν θωπεύοντες, ἐπὴν κορέσασθ' ἔχωσιν·
Ἀχθόμενοι δ' ὀλίγοις, καὶ πολλοῖς πάντες ἄπληστοι.
Λαῷ μὴ πίστευε· πολύτροπός ἐστιν ὅμιλος·
Λαός τοι, καὶ ὕδωρ, καὶ πῦρ, ἀκατάσχετα πάντα.
Μηδὲ μάτην ἐπὶ πῦρ καθίσας μινύθῃς φίλον ἦτορ.
Μέτρα δὲ τεῦχε θεοῖσι· τὸ γὰρ μέτρον ἐστὶν ἄριστον.
Γαῖαν ἐπιμοιρᾶσθαι ἀταρχύτοις νεκύεσσι.
Μὴ τύμβον φθιμένων ἀνορύξῃς, μηδ' ἀθέατα
Δείξῃς ἠελίῳ, καὶ δαιμόνιον χόλον ὄρσῃς.
Οὐ καλὸν ἁρμονίην ἀναλυέμεν ἀνθρώποιο.
Καὶ τάχα δ' ἐκ γαίης ἐλπίζομεν ἐς φάος ἐλθεῖν,
Λείψαν' ἀποιχομένων· ὀπίσω δὲ θεοὶ τελέθονται·
Ψυχαὶ γὰρ μίμνουσιν ἀκήριοι ἐν φθιμένοισι.
Πνεῦμα γάρ ἐστι θεοῦ χρῆσις θνητοῖσι καὶ εἰκών·
Σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν, καὶ πάντες ἐς αὐτὴν
Λυόμενοι κόνις ἐσμέν, ἀὴρ δ' ἀνὰ πνεῦμα δέδεκται.
Πλούτου μὴ φείδου, μέμνησ' ὅτι θνητὸς ὑπάρχεις·
Οὐκ ἔν' ἐς ᾅδην ὄλβον ἔχειν, καὶ χρήματ' ἄγεσθαι·
Πάντες ἴσοι *νεκύων· ψυχῶν δὲ θεὸς βασιλεύει·
Κοινὰ μέλαθρα δόμων αἰώνια καὶ πατρὶς ᾅδης·
Ξυνὸς χῶρος ἅπασι, πένησί τε καὶ βασιλεῦσιν.
Οὐ πολὺν ἄνθρωποι ζῶμεν χρόνον, ἀλλ' *ἐπὶ καιρόν·
Ψυχὴ δ' ἀθάνατος, καὶ ἀγήρως ζῇ διὰ παντός.
Μήτε κακοῖς ἄχθου, μήτ' οὖν ἐπαγάλλεο χάρμῃ·
Πολλάκις ἐν βιότῳ καὶ θαρραλέοισιν ἄπιστον.
Καιρῷ λατρεύειν, μηδ' ἀντιπνέειν ἀνέμοισι.

Πῆμα

Infortunium & afflictis mali solutio venit repente.
Ne grandiloquentiæ indulgens, mente rabiosus fias:
Facundiam exerce, quæ magno omnibus erit emolumento.
Telum sane homini penetrantius ferro, sermo est.
Arma vnicuique tribuit Deus naturam aeriam;
Auibus quidem, magnam celeritatem, & robur leonibus,
Taurisque sponte fusa cornua, & aculeos apibus
Innatū dedit tutamē: at sermo propugnaculū est hominib.
Sed diuinitus inspiratæ sapientiæ sermo est optimus.
Præstantior est robusto vir sapientia præditus:
Agros, vrbes, & naues sapientia gubernat.
Non fas est occultare virum sceleratum, ne puniatur:
Sed maleficum auersari oportet necessario.
Sæpe cum malis moriuntur qui cum eis sunt.
Furacium hominum ne accipe furtiuum depositum:
Vtrique fures sunt, & qui recipit, & qui furatur.
Suum omnibus tribue: æqualitas in omnibus optima.
Incipiens parce cunctis vtere, ne tandem egeas.
Ne pecudis mortalis cibum ad mensuram ceperis.
Quod si inimici pecus in via ceciderit, colleua.
Errantemque hominem & mari iactatum ne deuites.
Satius pro hoste amicum nancisci beneuolum.
Incipiens malum præcide, & hulceri medere.
Ne-quam a feris depastam comedas carnem, sed velocibus
Reliquias linque canibus: feris feræ vescantur.
Venena ne para: a magicis libris abstine.
Infantulis tenellis ne violenter manum corripueris.
Seditionem & litem declina bello ingruente.
Ne malo bene feceris: idem est ac seminare in ponto.
Opus fac, allaborans ut de propriis viuas:
Omnis enim opus fugitans homo, de furtiuis viuit manib.
Neque de alterius cœna vescaris mensæ reiectamentis,
Sed de propriis facultatibus edas, expers contumeliæ.
Quod si quis non didicit artem, fodiat bidente.
Est vitæ quodcumque opus, si laborare volueris.
Nauta si nauigare velis, patet mare spatiosum:
Si vero agriculturam sectari, lati campi.
Nullum opus hominibus facile est sine labore,
Nec diis ipsis. & labor virtutem magnopere adiuuat.
Formicæ, intimis terræ penetralibus relictis,

Pro-

Πῆμα καὶ ἀχθομένοισι κακοῦ λύσις ἤλυθεν ἄφνω.
Μὴ μεγαληγορέῃ τρυφῶν φρένα λυσσωθείης·
Εὐεπίην ἀσκεῖν, ἥτις μάλα πάντας ὀνήσει.
Ὅπλον τοι λόγος ἀνδρὶ τομώτερόν ἐστι σιδήρου.
Ὅπλον ἑκάστῳ νεῖμε θεὸς φύσιν ἠερόφοιτον,
Ὄρνισι μὲν πολλὴν ταχυτῆτ᾽, ἀλκήν τε λέουσι,
Ταύροις δ᾽ * αὐτοχύτοις κεράεσσιν, κέντρα μελίσσαις
Ἔμφυτον ἄλκαρ ἔδωκε· λόγον δ᾽ ἔρυμ᾽ ἀνθρώποισι.
Τῆς δὲ θεοπνεύστου σοφίης λόγος ἐστὶν ἄριστος.
Βέλτερος ἀλκήεντος ἔφυ σεσοφισμένος ἀνήρ.
Ἀγροὺς καὶ πόλιας σοφίη καὶ νῆα κυβερνᾷ.
Οὐχ ὅσιον κρύπτειν τὸν ἀτάσθαλον ἄνδρα ἄπιστον·
Ἀλλὰ χρὴ κακοεργὸν ἀποτροπάασθαι ἀνάγκῃ.
Πολλάκι συνθνήσκουσι κακοῖς οἱ συμπαρεόντες.
Φωρῶν μὴ δέξῃ κλοπίμην ἀνδρῶν παραθήκην·
Ἀμφότεροι κλῶπες, καὶ ὁ δεξάμενος, καὶ ὁ κλέψας.
Μοῖραν πᾶσι νέμειν· ἰσότης δ᾽ ἐν πᾶσιν ἀρίστη.
Ἀρχόμενος φείδου πάντων, μὴ τέρμ᾽ ἐπιδεύῃς.
Μὴ κτήνους θνητοῖο βορὴν κατὰ μέτρον ἕλησαι.
Κτῆνος δ᾽ ἢν ἐχθροῖο πέσῃ καθ᾽ ὁδόν, συνέγειρον.
Πλαζόμενόν τε βροτὸν καὶ ἀλίτροπον οὐχ ὑπαλύξεις.
Βέλτερον ἀντ᾽ ἐχθροῦ τυχέειν φίλου εὐμενέοντος.
Ἀρχόμενον τὸ κακὸν κόπτειν, ἕλκος τ᾽ ἀκέσασθαι.
Μηδέ τι * θηροβόρον δαίσῃ κρέας, ἀργίποσιν δὲ
Λείψανα λεῖπε κυσίν· θηρῶν ἄπο θῆρες ἔδωνται.
Φάρμακα μὴ τεύχου· μαγικῶν βίβλων ἀπέχεσθαι.
Νηπιάχοις ἁπαλοῖς μὴ μάρψῃς χεῖρα βιαίως.
Φεῦγε διχοστασίην καὶ ἔριν πολέμου προσιόντος.
Μὴ κακὸν εὖ ἕρξῃς· σπείρειν ἴσον ἔσθ᾽ ἐνὶ πόντῳ.]
Ἐργάζευ, μοχθῶν ὡς ἐξ ἰδίων βιοτεύσῃς.
Πᾶς γὰρ ἀεργὸς ἀνὴρ ζώει κλοπίμων ἀπὸ χειρῶν.
Μηδ᾽ ἄλλου παρὰ δαιτὸς ἔδοις σκυβάλισμα τραπέζης·
Ἀλλ᾽ ἀπὸ * τῶν ἰδίων βιότων φαγέοις ἀνύβριστος.
Εἰ δέ τις οὐ δεδάηκε τέχνην, σκάπτοιτο δικέλλῃ.
Ἔστι βίῳ πᾶν ἔργον, ἐπὰν μοχθεῖν ἐθέλησθα.
Ναυτίλος εἰ πλώειν ἐθέλεις, εὐρεῖα θάλασσα·
Εἰ δὲ γεωπονίην μεθέπειν, μακραί τοι ἄρουραι.
Οὐδὲν ἄνευ καμάτου πέλει ἀνδράσιν εὐπετὲς ἔργον,
Οὐδ᾽ αὐτοῖς μακάρεσσι· πόνος δ᾽ ἀρετὴν μέγ᾽ ὀφέλλει.
Μύρμηκες, γαίης μυχάτους προλελοιπότες οἴκους,

Prodeunt victus indigentes,quando arua
Segetibus detonsis,fructibus implent areas:
Eædem tritici recens extriti onusculum gestant,
Aut hordei,semperq; gestans gestantem vrget,
Ex æstate in hiemem victum suum comportantes
Indefessum: natioque parua,laboriosa est.
Operatur quoque aeria optimeque laborans apis,
Siue cauæ petræ in cauerna,siue in arundinibus,
Siue in antiquæ quercus cauitate,intra aluearia,
Fauis milleforos per flores cereas cellas struens.
Ne maneas cælebs,ne forte sine nomine pereas:
Da quid naturæ & ipse: gigne viciſſim, sicut genitus es.
Ne prostituas vxorem,liberis tuis maculam aspergens.
Non enim similes progignunt filios adulterini lecti.
Nouercæ ne attinge secundos parentis lectos;
Sed vt matrem cole quæ matris vestigia insistit.
Neque in auersandum sororis cubile venias:
Neque pellicum patris lecto commiscearis.
Neque mulier conceptum fœtum corrumpat in ventre;
Neq; post partũ canibus proiiciat aut vulturibus lacerãdum.
Neque vllus suæ coniugi grauidæ manum afferat.
Nec item generationi aptum puerum marẽ vmquã exseca:
Nec cum brutis animalibus initorium in torum venias.
Ne petulanter mulierem viola ob pudendum concubitum.
Ne naturæ toros transilias ad venerem nefariam:
Ne ipsis quidem feris masculi complacuerunt tori.
Nec item fœminæ masculorum concubitus imitentur.
Neque amore mulieris totus diffluas effreni:
Οὐδέ τι θαρσαλέος νοέειν ἔπος, οὐδέ τι ῥέξαι,
Ἐρριγὼς ὅθι τ' ἄνδρες ἐχεκτέανοι παρέωσι,
Καί οἱ θυμὸν ἔδουσι κατηφείη καὶ ὀϊζύς.
Ὃς δέ κεν εὐοχθῇσι, θεὸς δ' ἐπὶ ὄλβον ὀπάζει
Καὶ πολυκοιρανίην, ἐπιλήθεται οὕνεκα γαῖαν
Ποσσὶν ἐπιστείβει, θνητοὶ δέ οἱ εἰσὶ τοκῆες·
Ἀλλ' ὑπερηφανίῃ καὶ ἀμαρτωλῇσι νόοιο
Ἶσα Διὶ βρομέει, κεφαλὴν δ' ὑπὲρ αὐχένας ἴσχει,
Καί περ ἐὼν ὀλίγος, μνᾶται δ' εὔπηχυν Ἀθήνην·
Ἠέ τιν' ἀτραπιτὸν τεκμαίρεται Οὔλυμπόνδε,
Ὥς κε μετ' ἀθανάτοισιν ἀρίθμιος εἰλαπινάζῃ.
Ἡ δ' Ἄτη ἁπαλοῖσι μετατρωχῶσα πόδεσσιν,
Ἄκρης ἐν κεφαλῇσιν ἀνώϊστος καὶ ἄφαντος,
Ἄλλοτε μὲν γραίῃσι νεωτέρη, ἄλλοτε δ' αὖτε
Ὁπλοτέρῃσι γρηῦς ἐφίσταται ἀμπλακίῃσι,
Ζηνὶ θεῶν κρείοντι Δίκῃ τ' ἐπίηρα φέρουσα.

ΕΡΑ-

EX ERATOSTHENE.

Vinum igni æqualem vim habet, ſiquando virum
Subierit; conturbat [eum] ceu Libycum mare
Aquilo vel auſter: & quamuis occulta profert
E pectoris fundo; omnemque virorum mentem excutit.

EX PANYASI.

Vinum, optimum quidem mortalibus a diis donum eſt,
Si bibatur moderate: immoderate vero, peſſimum [fit.]

E LINO.

Perpende, ſtudioſe præbitis auribus,
Verborum noſtrorum viam omni ex parte veram.
Noxas repelle damnoſas, quæ profanorum
Vulgus ſubuertunt, calamitatibusque per omnia implicant
Variis, fallaces grauesque formas ſibi ſumentes:
Quas tu cautione mentis ab animo arceto.
Hæc enim purgatio iuſto ritu te expiabit:
Si quidem re vera exitioſum earum genus odiſti,
Et in primis materiam omnium turpium largitricem,
Quam cupiditas inſtar aurigæ effuſis regit frenis.

Sperare oportet omnia: quia non eſt quidquam inſperatum.
Omnia Deo facilia factu ſunt, nihilque effectu impoſſibile.

E MENECRATE.

Senectutem, ſi abſit, quilibet exoptat: ſi quando venerit,
Incuſat: ſemper vero melior eſt quæ exſpectatur.

E POSIDIPPO.

Qualem quis vitæ inſiſtat callem? Nam in foro
Sunt lites & actiones moleſtæ; in ædibus autem
Curæ: ruri, laborum ſatis; at in mari
Timor: peregre, ſi quid habes, metuendum eſt;
Si eges, moleſtum eſt. vxorem habes? non ſine curis
Eris. non ducis vxorem? eo magis viuis ſolitarius.
Liberi, labores pariunt: vita ſine liberis, orbitas eſt. iuuentus
Amens eſt; cani contrà inualidi.
E duobus ergo alterum erat eligendum, aut natum eſſe
Numquam, aut ſtatim natum vita fungi.

ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΟΥΣ.

Οἶνός τοι πυρὶ ἶσον ἔχει μένος, εὖτ' ἂν ἐς ἄνδρας
Ἔλθῃ· κυμαίνει δ' οἷα Λίβυσσαν ἅλα
Βορρῆς ἠὲ νότος· τὰ δὲ καὶ κεκρυμμένα φαίνει,
Βυσσόθεν· ἐκ δ' ἀνδρῶν πάντ' ἐτίναξε νόον.

ΠΑΝΥΑΣΙΔΟΣ.

Οἶνος μὲν θνητοῖσι θεῶν πάρα δῶρον ἄριστον,
Πινόμενος κατὰ μέτρον· ὑπὲρ μέτρον δὲ, χερείων.

ΛΙΝΟΥ.

Φράζεο δὴ, σπουδὴν ἐντυνάμενος δι' ἀκουῆς,
Μύθων ἡμετέρων ἀτραπὸν* πρὸς παντὸς ἀληθῆ.
Κῆρας ἀπωσάμενος πολυπήμονας, αἵτε βεβήλων
Ὄχλον ἀϊστῶσαι, ἄταις περὶ πάντα πεδῶσι
Παντοίαις, μορφῶν χαλεπῶν ἀπατήματ' ἔχουσαι·
Τὰς μὲν ἀπὸ ψυχῆς εἴργειν φυλακοῖσι νόοιο.
Οὗτος γάρ σε καθαρμὸς δικαίως* ὀσιώσει,
Εἴ κεν ἀληθείῃ μισέῃς ὅλον γένος αὐτῶν·
Ἠδ' ὕλην προφάτις αἰσχρῶν δώτειραν ἁπάντων·
Ἣν ἐπιθυμία ἡνιοχεῖ μάργοισι χαλινοῖς.

Ἔλπεσθαι χρὴ πάντ'· ἐπεὶ οὐκ ἔστ' οὐδὲν ἄελπτον.
Ῥάδια πάντα θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνήνυτον οὐδέν.

ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ.

Γῆρας ἐπὰν μὲν ἀπῇ, πᾶς εὔχεται· ἢν δέ ποτ' ἔλθῃ,
Μέμφεται· ἔστι δ' ἀεὶ κρεῖσσον ὀφειλόμενον.

ΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΥ.

Ποίην τις βιότοιο τάμοι τρίβον; εἰν ἀγορῇ μὲν
Νείκεα, καὶ χαλεπαὶ πρήξιες· ἐν δὲ δόμοις
Φροντίδες· ἐν δ' ἀγροῖς, καμάτων ἅλις· ἐν δὲ θαλάσσῃ
Θάρβος· ἐπὶ ξείνης δ', ἢν μὲν ἔχῃς τι, δέος·
Ἢν δ' ἀπορῇς, ἀνιαρόν. ἔχεις γάμον; οὐκ ἀμέριμνος
Ἔσσεαι. οὐ γαμέεις; ζῇς ἔτ' ἐρημότερον.
Τέκνα, πόνοι· πήρωσις, ἄπαις βίος. αἱ νεότητες,
Ἄφρονες· αἱ πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἀδρανέες.
Ἦν ἄρα τοῖν δυοῖν ἑνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι
Μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν αὐτίκα τικτόμενον.

METRODORI,
e contrario.

Quemlibet vitæ ſecueris callem. in foro [enim]
Gloria & actiones cautæ : domi,
Quies: ruri, naturæ venuſtas: in mari autem
Lucrum : peregre, ſi quid habes, laus eſt;
Sin eges, ſolus nouiſti. vxorem habes ? domus optima
Erit. non ducis vxorem ? viues adhuc leuius.
Liberi,deſideriū pariūt; vita ſine liberis, ſecura eſt. iuuentus,
Robuſta eſt ; cani contra, pii.
Non ergo alterutrum e duobus eligendum eſt, aut natū eſſe
Numquā,aut [ſtatim] mori: oēs.n.vitæ partes bonæ ſunt.

E SIMONIDE.

Nulla inter homines res perpetuo ſtabilis manet;
Sed vnum [hoc] Chius vir pulcherrimum dixit verbum:
Qualis foliorum generatio eſt,talis etiam hominum.
Sed pauci mortalium id [verbum] auribus perceptum
In pectore condunt. eſt enim ſpes vnicuique
Virorum,qualis iuuenum pectoribus innaſcitur.
Quamdiu vero quis amabilem pubertatis florem habet,
Leuem gerens animum,multa cogitat irrita.
Nam neq; ſenectutem ſibi neq; mortem affuturā exſpectat:
Neque cum ſanus eſt,laboris curam gerit.
Inſipientes quibus hæc mens eſt: neque ſciunt
Quod pubertatis & vitæ breue ſit tempus
Mortalibus: ſed tu hæc diſcas,& ad vitæ finem
Animo tuo de bonis gratificari ſuſtineas.

EX ANTIMACHO.

Eſt vero Nemeſis quædam, magna dea,quæ hæc omnia
A beatis diis ſortita eſt : aram vero ei ſtatuit primus
Adraſtus ad Æſepi amnis fluenta,
Vbi honoratur & Adraſtia vocitatur.

FINIS.

ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ

ἐκ τοῦ ἐναντίου.

Παντοίην βιότοιο τάμοις τρίβον· εἰν ἀγορῇ μὲν
Κύδεα, καὶ πινυταὶ πρήξιες· ἐν δὲ δόμοις,
Ἄμπαυμα. ἐν δ' ἀγροῖς, φύσιος χάρις· ἐν δὲ θαλάσσῃ,
Κέρδος. ἐπὶ ξείνης, ἢν μὲν ἔχῃς τι, κλέος·
Ἢν δ' ἀπορῇς, μόνος οἶδας. ἔχεις γάμον; οἶκος ἄριστος
Ἔσσεται. οὐ γαμέεις; ζῇς ἔτ' ἐλαφρότερον.
Τέκνα, πόθος· ἄφροντις ἄπαις βίος. αἱ νεότητες,
Ῥωμαλέαι· πολιαὶ δ' ἔμπαλιν εὐσεβέες.
Οὐκ ἄρα τῶν δισσῶν ἑνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι
Μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν· πάντα γὰρ ἐσθλὰ βίου.

ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι μένει χρῆμ' ἔμπεδον αἰεί·
Ἓν δὲ τὸ κάλλιστον, Χῖος ἔειπεν ἀνήρ·
Οἵη περ φύλλων γενεή, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν.
Παῦροι μιν θνητῶν οὔασι δεξάμενοι
Στέρνοις ἐγκατέθεντο· πάρεστι γὰρ ἐλπὶς ἑκάστῳ
Ἀνδρῶν, ἥ τε νέων στήθεσιν ἐμφύεται.
Θνητῶν δ' ὄφρα τις ἄνθος ἔχῃ πολυήρατον ἥβης,
Κοῦφον ἔχων θυμόν, πόλλ' ἀτέλεστα νοεῖ.
Οὔτε γὰρ ἐλπίδ' ἔχει γηρασέμεν, οὐδὲ θανεῖσθαι·
Οὐδ', ὑγιὴς ὅταν ᾖ, φροντίδ' ἔχει καμάτου.
Νήπιοι οἷς ταύτῃ κεῖται νόος· οὐδέ τ' ἴσασιν
Ὡς χρόνος ἔσθ' ἥβης καὶ βιότοι' ὀλίγος
Θνητοῖς. ἀλλὰ σὺ ταῦτα μαθών, βιότου ποτὶ τέρμα
Ψυχῇ τῶν ἀγαθῶν τλῆθι χαριζόμενος.

ΑΝΤΙΜΑΧΟΥ.

Ἔστι δέ τις Νέμεσις μεγάλη θεός, ἣ τάδε πάντα
Πρὸς μακάρων ἔλαχεν· βωμὸν δέ οἱ εἵσατο πρῶτος
Ἄδρηστος ποταμοῖο παρὰ ῥόον Αἰσήποιο,
Ἔνθα τετίμηται καὶ Ἀδρήστεια καλεῖται.

:-

IN EPICORVM ET ELEGIACORVM GRÆCORVM GNOMAS NOTÆ FRIDERICI SYLBVRGII.

IN PYTHAGORAM.

SVIDAS cum ſcribit quoſdam Pythagoræ præter tres genuinos libros, nempe παιδευτικὸν, πολιτικὸν, & φυσικὸν, adſcribere etiam τὰ χρυσᾶ ἔπη, ſignificat plures fuiſſe qui Pythagoram pro verſuum iſtorum auctore non habuerint. Quorum ſententiæ patrocinari videatur quod Diogenes Laertius in vita Pythagoræ nullam huius poematis mentionem facit. & cum Pythagoras fere Dorico idiomate in ſuis ſcriptis vſus ſit, in hoc poematio duo tantũ verſus (47 & 48) Doriſmum, ceteri maiori ex parte Ioniſmum habent; & philoſophi huius ſublimitatem minus adæquant. Cum igitur, eodem Laertio teſte, Lyſis, Hippaſus, Aſto, quædam a ſe ſcripta, ſub Pythagoræ nomine in lucem ediderint, ſuſpicio eſt hæc quoque magis a diſcipulis Pythagorę, quam ab ipſo Pythagora eſſe conſcripta: eo nempe modo quo Socratis ἀπομνημονεύματα a Platone & Xenophonte litteris ſunt mandata. Chryſippus ſane apud Gellium, lib. 6, cap. 2, hunc verſum, Γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας, qui 54 eſt in hoc opuſculo, Pythagoreis tribuit, non Pythagoræ: vbi etiam ſimilitudo quæ de cylindro paulo poſt hunc verſum ſequitur, luculentius exponitur. Quia tamen idem Suidas cum Laertio tradit Pythagoram ſubinde diſcipulis ſuis præcepiſſe, vt domum e publico regreſſi, ſecum ipſi ruminarent, Πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη; qui huius poematii verſus eſt 42: in eam ſententiam adducuntur alii vt ceteros quoq; huius Aurei carminis verſus Pythagorę eſſe credant; præſertim cũ a Stobæo & aliis multis Pythagoræ adſcribantur. Is certe cuius poema

est *De viro bono*, siue Virgilius est, siue alius potius, Pythagoræ locum eum quẽ vertit, adscribere videtur. Vtut sit, siue a Pythagora, siue a discipulis eius conscripti sunt hi versus, pleraque omnia Pythagoricæ disciplinæ præcepta continent: & quæ Laertius Pythagoræ præcepta tribuit, maxima ex parte hic quoq; verbis non multum discrepantibus leguntur; vt ex collatione cuiq; perspicere licet. Quam vtilia vero sint hęc ἔπη, (siue *dicta*, siue κατ' ἐξοχὴν *hexametros versus* eo nomine accipere libet) satis declarat epitheton χρυσᾶ: vt auro ipso pretiosiora præcepta iis contineri lectores intelligant: quæ maiori ex parte talia certe sunt vt cum Christianæ doctrinæ præceptis non male consonent. Sed vt quod pręcipue mihi propositum hic est persequar, diuersam exemplariũ scripturam; versu 1, quidam libri habent διάκειται, impersonaliter nempe pro *dispositum est*. V.9, q. l. κρατεῖν δ' εἰθίζεο: magis poetice, vt mox v.35. V.12, Stob. μήτ' αὐτός· πάντ. Ausonius eum versum ita extulit, *Turpe quid ausurus, te sine teste time*. V.13, Stob. ἄσκει, imperatiuo modo. V.24, q. l. πράως εἶχ'. h. e. *leniter cede*. & mox ἐπὶ πᾶσι, *in omnibus*. V.40, locum hunc expressit auctor *Viri boni*, hoc disticho, *Non prius in dulcem declinat lumina somnum, Omnia quam longi reputauerit acta diei*. Sequentia quoq; idem poeta Latinus sic reddidit; *Quæ prætergressus? quid gestum in tempore, quid non? Quid mihi præteritum? Sic dicta & facta per omnia Ingrediens, ortoque a vespere cuncta reuoluens, Offensus prauis, dat palmam & præmia rectis*. Eodem respexit Ciceronis Cato maior, cum inquit, *Pythagoreorum more, exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim, audierim, & egerim, commemoro vesperi*. V.42, Suid. ποῖ παρέβην; i. *vbi*, seu *quo*? V.47, nota Dorismum in solis hisce versibus; cum reliqui omnes Ionismum habeant. Sed Ionica etiam dialecto vsum esse Pythagoram, non tantum Dorica, inter cetera declarat apud Laertium Pythagoræ ad Anaximenem epistola Ionico idiomate scripta. De quaternario autẽ numero vise Macrob. in Somn. Scip. lib.1, cap.6.

IN PHOCYLIDEM.

Vt Pythagoræ, sic & Phocylidis γνώμας sæpissime citat Stobæus. Et vt eius sentẽtias e Sibyllinis oraculis furtim sur-

reptas refert Suidas, ita recens epigramma eum ceu χριστομύϛην euangelicæ ſanctitati conſona præcepta tradere affirmat: atq; adeo multi huius poematii verſus tales ſunt vt non tam ex ethnica, (Pythagorea in primis) quam ex Iudaica & Chriſtiana philoſophia promanaſſe videantur. Ac fieri potuit vt quemadmodum Pythagoras & ceteri veteres philoſophi, ita & hic vel ab Hebræis, vel ab Hebræorum diſcipulis aut ſectatoribus aliqua ſui poematii præcepta deſumpſerit. niſi forte ab Hebræis & Chriſtianis nonnulla præcepta huic poematio ſunt inſerta; vt eo maiorem iuuẽtuti fructum afferre poſſent. Hoc certe non diſſimulandum eſt, in iis verſibus qui ſub finem huius admonitorii poematis ex Athenæo ſub Phocylidis nomine ſunt additi, phraſin eſſe multo venuſtiorem; ſtilo nempe ad argumenti qualitatem conformato. Quod porro hic νουθετικὸν ποίημα inſcribitur, i. *admonitorium poema*; idẽ eſſe videtur quod Suidas παραινέσεις & γνώμας appellat, alii (eodem teſte) κεφάλαια inſcripſerunt, i. *Capita exhortatoria*, ſententias breuibus quibuſdam ceu capitib. partim naturæ, partim honeſtatis pietatisq; præcepta complectentes. Vixiſſe porro Phocylidem Suidas ſcribit eodem tempore quo Theognidem, Olympiade LIX: Euſebius autem Phocylidem floruiſſe Olympiade LX, Pythagorã Olympiade LXIII; eodem fere tempore quo in Iudæa docuit Eſaias. Iam vt ad præcipuum huius inſtituti caput, variantis ſcripturæ notationem, aggrediar, v.1, quidam libri habent μὴ ἀσελγέα κύπρεως. Deinde ſunt qui primos quinq; verſus præpoſtere collocatos cenſeant; cum ii qui ſextum & ſeptimũ locum in vulgatis editionibus tenent, præire debeãt vt in Pythagoræ poematio. Sed paruam ordinis legitimæq; diſpoſitionis rationẽ eſſe habitam in tribus his poematis, cuiq; ſatis eſt perſpicuũ; ſiue ab ipſis auctoribus ita, ferente poeſeως impetu, ſunt effuſa, ſiue ab aliis hinc inde collecta. Is certe verſus qui primus hic eſt, aptius quadrat ad eos qui 164 loco & deinceps ſequũtur. V.32, q.l. χείτονος ὄντος: & ſeq.v. ἀλεξίναι. V.34, q. λωβήσῃς καρπὸν. Verſus 46, e Io. Sambuci libro vetere additus eſt; monente Petro Victorio in Variarum lectionum appendice, ad libri 26, cap.2. V.65, q.l. ἀλεξίνη, vt v.32. Præcedenti verſu, metro conuenientius πιέειν, facta dialyſi vt in φαγέειν. V.106, q. l. ἴσοι νέκυες. V.109, q. ἐπίκαιρον, compoſite. V. 118, aptius fortaſſe ſic diſtinxeris cola, Ὅπλον ἐκάστῳ νεῖμε Θεὸς, φύσει

φύσιν ἠερόφοιτον Ὄρνισι μὲν, πολλὴν ταχυτῆτ᾽ ἀλκήν τε λέουσι: aut, *φύσιν ἠερόφοιτον Ὄρνισιν, πώλοις ταχυτῆτ᾽, ἀλκήν τε λέουσι*: quoniam vt leones, ita & equi magna pernicitate sunt prædi-ti. Quæ lectio si placeat, mox etiam nō displicebit opinor ista sequentis versus lectio, *Ταύροις δ᾽ αὐτόχυτον κέρας ἐστίν*· vulgatam sane scripturā ego mendi suspicione liberare hoc in loco nequaquam possim. V.132, sunt qui *βορὴν* passiue accipiāt: vt sensus sit, mortalis pecudis esum, quantumuis moderatū, haud attingendum esse: vt Pythagorica *ἐμψύχων ἀποχὴ* hoc loco præcipiatur, sicut mox v.137: sed *βορὴ* pro esca & cibo vsurpatum etiam infra, v.158. V.137, rectius fortasse *θηρόβορον*, passiuæ significationis accentu. V.146, q. c. *ἀπὸ οἰκείων βιότων*. V.159, q. *ἄτρητον*, *imperforatum*. V.163, q.c. *μυριότητα*: hoc sensu, *fauis infinitam varietatem per flores cereis tectis struens*. V.179, vulg. lib. *οὐδ᾽ αὐτοῖς θήρεσσ᾽ ἄρσην συνεύναδεν ἐς δύνην*: quidam etiam *ἀνδρεσσ᾽* edunt pro *θήρεσσ᾽*: vtriq; metro repugnante. ego eam lectionem sequi malui quam Petrus Victorius loco paulo ante citato e Sambuci vetusto codice adnotauit. Consonāt autem hæc præcepta partim cum lege Mosaica, partim cum epistolis Paulinis. V. 214, *εὖ φρονέοντος* ferri potest pro *εὐνοοῦντος*, *beneuoli*; cum editiones quas vidi omnes sic scriptum habeant. si quis tamen cum interprete malit *εὖ φρονέοντος*, haud equidem refragabor.

Seq. v. Aldina editio habet *ψυχῆς σου*, *animæ tuæ*. In additamento, versu penultimo, Clemens Alexandrinus pag. 258 habet *πολλὰ πλανηθῆναι*, i. *sæpe multumque in errorem inductum esse*. quæ notatio, cum tribus istis versibus, Dauidis Hœschelii diligentiæ a studiosis debetur.

IN THEOGNIDEM.

Theognidis versus esse plerosq; omnes quos vulgati libri nobis exhibent, non tantum Stobæi, sed etiam grauiorū vetustiorumq; philosophorum testimonio cognoscimus; Platonis inquā, Xenophontis, Plutarchi, Athenæi, a quibus horum versuum multi passim citantur. Tum magnam eius omnibus omnino seculis auctoritatem fuisse, Plato declarat, dum honorifico elogio testem eum ciet libro 1 De legibus; his verbis; *ποιητὴν δὲ καὶ ἡμεῖς μάρτυρα ἔχομεν Θέογνιν πολίτην τῶν ἐν Σικελίᾳ Μεγάρων*. Et Xenophon apud Stobæum Ser-

mone 86, qui est de Nobilitate. οὗτος δὲ ὁ ποιητὴς (inquit) περὶ οὐδενὸς ἄλλου λόγον πεποίηται, ἢ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας ἀνθρώπων· καί ἐστιν ὁ ποιητὴς (pro ἡ αὐτοῦ ποίησις) σύγγραμμα περὶ ἀνθρώπων· ὥσπερ εἴ τις ἱππικὸς ὢν, συγγράψειε περὶ ἱππικῆς. quibus verbis ostendit Speculum quoddam humanæ vitæ hanc poesin esse, in quo virtutum vitiorumq; luculenta descriptio proponatur. Sed an integra hæc ad nos peruenerit poesis, & an eodem ab auctore conscripta sit ordine, ea de re non immerito dubitauerimus. Xenophon enim eo quem modo citaui loco, ἡ οὖν ἀρχή μοι δοκεῖ τῆς ποιήσεως, inquit, ὀρθῶς ἔχειν. ἄρχεται γὰρ πρῶτον ἀπὸ τοῦ εὖ γενέσθαι. ᾤετο γὰρ οὐδ' ἄνθρωπον, οὔτε τῶν ἄλλων οὐδὲν ἂν ἀγαθὸν εἶναι, εἰ μὴ τὰ γεννήσοντα ἀγαθὰ εἴη. ἔδοξεν οὖν αὐτῷ παραδείγμασι τοῖς ἄλλοις ζῴοις χρήσασθαι, ὅσα μὴ εἰκῇ τρέφεται, ἀλλὰ μετὰ τέχνης ἕκαστα θεραπεύεται, ὅπως γενναιότατα ἔσονται. δηλοῖ δὲ ἐν τοῖσδε τοῖς ἔπεσι· Κριοὺς μὲν καὶ ὄνους διζήμεθα Κύρνε καὶ ἵππους, & quæ sequuntur. Quibus verbis significat, post prooemium, hoc est post versum 28, in sui temporis editionibus collocatum fuisse locum illum modo citatũ, qui est hodiernarum editionum versu 183. Deinde cũ Suidas tradat Theognidem scripsisse γνώμας δι' ἐλεγείας εἰς ἔπη ,βω΄· καὶ πρὸς Κύρνον τὸν αὐτοῦ ἐρώμενον, γνωμολογίαν δι' ἐλεγείων, καὶ ἑτέρας ὑποθήκας παραινετικάς: de tribus hisce poematiis exiguam superesse partem videmus: immo ea ipsa λείψανα mire inter se confusa esse. in reliquiis enim hodiernis passim quidem Cyrnus ab eo compellatur; sed nonnusquam etiam Polypædes; rarius Simonides, Onomacritus, Cleariſtus, Democles, Academus, Timagoras. vt clarum sit, quæ Suidæ temporibus in tres tomos distincta fuere, nostro seculo in vnam farraginem absque omni ordine congesta esse. Præterea nõ pauci versus in his vulgatis editionibus repetiti sunt: idque nunc iisdem plane verbis; vt 799 & 1033: 441 & 1159: nunc verbis paulum mutatis, vt 115 & 643: 351 & 648: 591 & 1163; & alii complures. Nec mulier tantum hic loquens inducitur, v. 581, & 859: sed etiam equa, 257; quamquã allegorice. Tum quædam in hac farragine leguntur quæ a Plutarcho & Basilio tribuuntur Soloni: qua de re infra in fragmentis Solonis. vt necesse sit, vel Theognidem a Solone quædam mutuatum esse, vel consarcinatores huius vulgati centonis Solonica pro Theognideis supposuisse. Sed & qui apud Phocylidem versus est 87, apud Theognidem est 115: & qui apud Theognidem

est

est 472, legitur etiam in Eueni Parii fragmentis, pag.91, v.11. Iam quod attinet ad sententiarum ipsarum pondus, non negligendum quod Suidas notat, interspersas eis esse nonnusquam impuritates & puerorum illicitos amores, & alia quæ a virtutis norma sint aliena: cuiusmodi est etiam quod magis Epicuream licentiam quam Socraticam ἐγκράτειαν plerisque in locis spirat. vt non absq; cautione piæ iuuentuti hæc legenda sint. Patriam vero Theognidi Plato tribuit Megara Siciliæ, vt e loco paulo ante citato planum est. sed verior est Harpocrationis & Stephani sententia; qui, vt Elias Vinetus adnotauit, Megara inter Atticam & Corinthium agrum sita, patriam ei fuisse tradunt. quod ipse quoq; Theognis confirmat, cum se v.782, præter alias Græciæ regiones, etiam in Siciliam venisse ait, nec in omni peregrinatione ista vllum solum patrio dulcius inuenisse. vbi de aduentu in Siciliam non meminisset, si Siciliam patriam habuisset. Deinde cum v.771 ab Apolline petit vt vrbem quam Alcathoo Pelopis filio pro sua benignitate arce ac turribus muniuit, eandē etiā a Medorum insolentia tueatur; eandem quoq; in Græcorum discidiis custodiat; Græciæ Megara satis luculenter intelligenda præbet; vt ex Pausania prolixe idem Vinetus adstruit. Adhæc, cum idem Theognis v.890, a Ioue petit vt τὸ κυψελλίζον γένος perdat, Cypselidarum tyrannidē apud Corinthios vicinos suos ita perstringere videtur, vt Solon passim in suis elegis Pisistrati apud Athenienses tyrannidem taxat. Quamquam & exsulasse illum patet e fine huius rhapsodiæ, v.1209; Thebas scilicet migratione facta; non tamen conditione seruili. Ac licet passim de fortunarum suarū tenuitate conqueratur, vt quæ genio suo minus respondeat: tamen & vineam in Taygeti cliuis (qui Peloponnesi mons est in Laconia) se habuisse testatur v.875. Forsan autem vel negotiationis vel peregrinationis amore incensus, contracto ære alieno grandiore, agros & bona relinquere solumq; vertere coactus est; vt e v.1199 coniicere est. Qui vero Siculum eum fuisse tradiderunt, inde fortasse coniecturam ceperunt, quod (Suida teste) in Syracusanos ex obsidione seruatos elegiam conscripsit. Amasium ei Cyrnum qui fuisse tradiderunt, vt Suidas, inter cetera documenta tueri se possunt v.1045: quamquam ibi Cyrni nomen diserte expressum non est. Nomen ipsum Θέογνις, deminutionis specie quadam factum e Θεογένης.

G

Sed tempus tandē postulat vt ad variantis scripturę notationem me conferam;& quæ partim a Vineto iampridē congesta,partim a me ipso recens collecta sunt,deinceps exponā. quibus additurus eram quæ a Dauide Hœschelio his diebus communicata fuerant; nisi ea mihi nescio quo casu nec opinanti periissent. Igitur v.2,quidam libri habent οὐδ' ἀναπαυόμενος. V.6,q.l.φοίνικος ῥαδινῆς,insolentius.nostram lectionem ῥαδινῆς χερσὶ confirmat v.996. V.12,q.l.ἥσαθ',augmento Attico,vt in ἤκαζον,ἤδειν,& similibus.Hesychius certe & ipse ἥσατο pro ἱδρύσατο agnoscit. Ionicus accentus est εἵσαθ',vt infra,p.95,versu antepenultimo: sicut etiam ἕδος pro ἕδος. V.20,q.l.λήσις: ea scil.forma qua πύσις deriuatur a πυνθάνεσθαι. V.21,quidam malunt τοι ἀθλοῦ: & seq.v. Θεύγνιδος. sed vulgatam scripturam tuentur similes in sequentib. σωιζήσεις,v.147,171,& alibi: immo & hoc ipso in loco,versu 23. V.33,apud Platonem in Menone,vbi locus hic citatur,legitur παρὰ τοῖς: vulgata scriptura, vt magis poetica, magis etiam Vineto placet. 35 versum præ ceteris Theognideis Socrati placuisse,docet Plato Menone,Xenophon Apomnemon. lib. 1,& in Symposio. sed ibi pro μαθήσεαι,συμμιχθῇς,ἐόντα,legitur διδάξεαι,συμμίξαις,(item συμμιγέης) ἐνόντα; teste Vineto. Apud Aristotelem Ethic. lib.9 extremo,tantum priores quinque huius distichi voces citantur : vt alibi quoq; passim prouerbialium versuum initia dumtaxat duobus aut tribus verbis allegata inueniuntur. V.44,q.l.κακοῖσι δοκῇ. V.59,q.l. ἀπατεῦσι: Ionice more,vt μωμεύμενος v.169. sed vsitatum ἀπατῶσι repetitur etiam v.540,1109,& alibi. V.86,q.l.αἰσχρὸν χρῆμ' ἐπὶ κέρδος ἄγει,*res turpis ad lucrum agit* seu inducit. V. 98,ὀργὴν,siue cum antecedente κιγνώσκων,siue cum sequente βαρὺς iungamus,ellipsin habet prępositionis κατά: sensus enim est, *ad ingenium & animi inclinationem quod attinet*. qua significatione vocabulum hoc sępe apud hunc poetam legitur, cum alibi,tum v.958: vbi eadem cōstructio repetitur. sic 214, 215;1070,1071.

V.119,q.l. ἄσχετος. sed aptius αὔσχετος, poetica syncope pro ἀνάσχετος,quod idē ἀνεκτὸν 1195. V.126,q.c.πλερασθείης: minus recte. citat eum versum Aristoteles Ethic.Eudem. lib.7, cap.2. V.127,q. ἐς ὤνιον,*ad rem emptitiam* seu *promercalem*. V.132,q.ἔπλεθ' ὅσοις ὁσίης Κύρνε μέμηλε δίκης:eodem sensu,sed peius sonante structura. V.145,cum βούλεο subaudiendum

aduerbium

aduerbium μᾶλλον: qui Græcismus ita frequens est, etiam in prosa, vt & Ammianus Marcellinus in Latina historia eum vsurparit. Tertius abhinc versus de Iustitia, citatur ab Aristotele Eth. lib. 5, c. 1. Versus 153, inter Soloneos quoq; legitur v. 99. V. 155, μοι ferri potest; familiari ellipsews genere, pro, *si mihi vis obsequi.* quidam libri habent τοι: & mox χολωθείς: & seq. v. μηδὲ χρημοσύνην οὐλομένην πρόφερε. quæ lectio ferri nequit, nisi χρημοσύνην pro indigentia seu egestate accipiamus; cum alioqui passim pro opulentia vsurpetur ab hoc poeta.
V. 157, apud Basilium homilia πρὸς τοὺς νέους, legitur ἄλλοτε ἄλλως, *alias aliter.* V. 179, πᾶς γὰρ est etiam apud Arist. Ethic. Eudem. lib. 3, cap. 1. itemq; apud Plutarch. in lib. πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν: & apud Lucianum in dialogo περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων, nec non apud Stobæum, teste Vineto; qui plerasq; omnes editiones καὶ γὰρ habuisse scribit. V. 85, in eo Xenophontis loco quem harum Notationum initio e Stobæo citaui, κτήσασθαι legitur, i. *acquirere ac possidere.* vbi & paraphrasis huius loci additur; magnam scil. hominum esse negligentiam atq; incuriam; qui, cum pecorũ propagationem non nisi e generosis animalibus quęrant, sua ipsorum propagine susque deq; habita, in connubiis non ingeniorum morumque generositatem, sed opum amplitudinem spectent. quam amentiam reprehendit & Phocylides v. 190. Seq. v. q. πολλὰ φέρῃ: apte. V. 190, q. πλοῦτον ἔμιξε γένος. vt scil. e connubiis coaceruentur opes.

V. 204, q. τίννυνται μάκαρες, *puniunt superi*: parum conuenienter. V. 215, apud Plutarch. in lib. περὶ πολυφιλίας legitur, Πουλύποδος νόον ἴσχε πολύφρονος: & seq. v. τῇ περ ὁμιλήσῃ. vulgatam lectionem sequitur etiam Athenæus lib. 7, 158, 16. V. 221, q. ὅστις σοι δοκέῃ: & mox ἔμμεναι οὐδὲν, *nihil esse.* Vinetus Stobæum & ceteros gnomologos sequi maluit. V. 226, q. μᾶλλον ἔτ' εἰσὶ φίλαι. Tria sequentia disticha leguntur etiam in Solonis fragmentis infra, v. 71; exigua admodũ discrepantia. atq; adeo Soloni ea tribuit etiam S. Basilius in orat. πρὸς τοὺς νέους. V. 235, metro conuenientius πρέπει ἄμμιν. Seq. v. q. ἀλύειν, *animum despondere*: contra metrum. σωζομένοις autem rectius fortasse vertemus *saluandis, salutis spem habentibus.* V. 253, metrum postulat παρὰ σεῖο γε τυγχάνω, vel παρὰ σοῦ ἐπιτυγχάνω, vel aliam huiusmodi scripturã; vt rectius sibi constet metrum. V. 256, apud Stobæum, ἥδιστον δὲ τυχεῖν ὧν τις ἕκαστος

ἐρᾷ, *suauissimum vero nancisci ea quæ quisque amat.* V.257, allegoria equę, Vineto desumpta videtur ex Iliad. ψ; vbi Echepolus Sicyonius, vt a bello immunis esset, Agamemnoni Ætham equam præstantissimã dono dedisse dicitur. V.286, vertere possis etiam, *fidem facere volens*: & v.288, *Adseruandum autem plebs minus habet opum.*

V.300, q. γεγάνη, subiunctiuo modo, seq. v. Camerarius legendum suspicatur ἐπηνής, i. προσηνής, *lenis, propensus*, seu benignus: vt scil. talis sit antithesis qualis in præcedẽti commate. V.305, q. ἐς ὀρθὰ λάβῃς, *recte ceperis.* V.308, q. ἐλπόμενοι, plurali numero. V.315, apud Plutarchum Solone legitur πολλοὶ γὰρ πλουτοῦσι: & seq. v. ἡμεῖς αὐτοῖς: & tertio abhinc versu, ἔμπεδόν ἐστι. vbi Soloni, non Theognidi tristichon hoc Plutarchus tribuit. V.329, q. aduerbialiter εὐβούλως. V. 332, q. δίδου, imper. modo. V.351, pro interiectione ὦ infra legitur ἆ, v.649: rectius. V.359, pro κακὸν q.l. habent καλόν: minus apte; vt ex antecedenti præcepto manifestum est. V.377, pro σεῦ metrum postulat σέο, σέθεν, vel simile quid. V.393, q. ἐν πενίῃ ὅ τε δειλὸς ἀνήρ, ὅ τε πολλὸν ἀμείνων φαίνεται, i. *in paupertate & ignauus vir, & qui multo est præstantior, cernitur.* eo nempe modo quo vinum humana ingenia prodere dicitur v.497.

V.400, ἐντρέπει absolute ac neutraliter vsurpatum pro pass. ἐντρέπου. V.409, q. Οὐδένα θησαυρὸν καταθήσεαι ἔνδον ἀμείνω Αἰδοῦς, ἣν ἀγαθοῖς ἀνδράσι Κύρνε δίδως. infra, v.1157, multo alia huius distichi est lectio. V.411, q. κακίων, *peior.* V. 413, q. θωρήξομαι, fut. temp. V.425, pro πάντων q. habent ἀρχὴν, *initio*, vel *omnino, penitus.* Fusius & luculentius hãc sententiam extulit Posidippus infra, pag.93, sub finem: & Ausonius ea ecloga cuius initium est, *Optima Graiorum sententia: quippe homini aiunt Non nasci esse bonum, natum aut cito morte perire.* Eandem refutauit Metrodorus infra, pag.95, initio. V. 431, q. κἀκ κακοῦ ἐσθλὸν, *& ex malo bonum.* V.461, q. μή ποτ' ἐπ' ἀπρήκτοισι, *ad res quæ fieri nequeunt, adhibe.* V.465, q. φίλ' ἔσται, *cara erunt.* V.472, πρᾶγμ' ἀνιηρὸν legitur infra in Eueni fragmentis p.91, v.11. itemq; apud Aristotelẽ Ethic. Eudem. lib.2, cap.7: vbi & ipse Eueno hunc versum tribuit. V.478, apud Athenæum lib.10, est, οὔτε γὰρ νήφων εἰμ', οὔτε λίαν μεθύων: & seq. v. οὐκέτ' ἐκεῖνος. Idem Athenæus v.481, habet τὰ νήφουσι γίνεται αἰσχρὰ, contra metri legem: & rursum v.483,

σώφρων

σώφρων τε καὶ ἤπιος, minus apte. V.485, apud Athenæũ loco citato est, Πρὶν μεθύειν δ' ἄρξῃ γ', ἀπανίστασο. V.487, q. σὺ δ' οὖν ἔχε: quo modo supra quoq; οὖν pro αὖ vsurpatum aliquoties; atq; item apud Phocylidem, v.111. alii habent σὺ δ' ἔχεις. V.488, q. κωτίλλεις δ' αἰεὶ, *garrisque semper*. sed cotylæ mentio melius huc quadrat, vt declarant sequentia. V.492, q. πολλοὺς, masc. genere: quod cum præcedentibus nõ congruit. V.497, pro ὁμῶς q. habent ἄγαν, *nimis, valde*: parum apte. Sequens lectio ferri potest; ὅταν δὲ πίνῃ, *cum vero bibit*.

V.501, q. ἤρατο, aoristo 1: quod actiua potius quam passiua signif. vsurpari solet. V.506, q. παρηθῶ: & mox ἔχει: permutatis scil. verborum modis. V.509, q. κακόν: itemque mox v.510, οὐ κακὸν, ἀλλ' ἀγαθόν: scil. χρῆμα, *res mala est*. vt & apud Virg. *Triste lupus stabulis*: &, *Dulce satis humor*. Exstat eadem sententia supra, v.211, verbis paulum variantibus. V.522, q. οὐ πλέον' ἐστ': hoc sensu; *sed xenia plura non potis est præbere*: minus apte. V.523, q. θεῶν τιμῶσι μάλιστα, *deorum maxime colunt*. Sequens distichon in Anthologia Epigrammatũ tribuitur Byzantino cuidam, sed pentametro paulum variante, ita; τοῦ μὲν ὑπερχομένου, τοῦ δ' ἀπονισσομένης, vt Vinetus adnot. V.531, q. ἦτορ ἰαίνεται. V.549, q. ἀγείρει, *cogit, congregat*. V. 551, q. συνυπέρνοισι. V.553, q. διαπρήξουσι κελεύθου, *non multum viæ interiectæ conficient*. V.572, q. πολλοὶ ἀπείρητοι δόξαν ἔχουσ' ἀγαθὴν, *multi inexperti opinionem* (vel *existimationem*) *habent bonam*: & seq.v. εὖ ἔρδων, *bene faciens*. V.583, q. ἀμήχαν' ἔτ' ἐστὶ γενέσθαι, *nõ sunt amplius factu possibilia*. alii ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι, *impossibile est fieri*. Versus 587, cum quinq; sequentibus, inter Soloneos infra legitur, num.65, verbis non multum variantibus. V.589, q. καλῶς ἔρδοντι. alii, τῷ δὲ καλὸν ποιοῦντι Θεὸς καλὰ πάντα δίδωσι. apud Stobæum totum distichon paulo aliter legitur, sic, τῷ δὲ καλὸν ποιοῦντι Θεὸς καλὰ πάντα τίθησι, Συντυχίην ἀγαθῶν, ἔκδυσιν ἀφροσύνης, i. *at bonum facienti bona Deus ponit omnia, Consecutionem bonorum, effugium amentiæ*. Cum v.591, cõsonant quæ infra repetuntur v.1159, & 1023, verbis paulum mutatis. V.696, q. πλὴν πλούτου, *præter diuitias*. V.599, q. σοὶ ἔλαθες: & mox aspirate, καθ' ἁμαξιτόν.

Versus 603, infra repetitur v.1099. V.606, q. πλεῦν' ἐθέλουσιν ἔχειν, *plura volunt habere*. Seq.v.q. ἔς τε τελευτὴν: vt sensus sit, paruam esse mendacii gratiam & in principio, & in

fine. quod idem de proditione fertur. V.618,q. πολλῶν γάρ. V.622, αὐτὸς positum pro οὗτος, *hic*; seu ὡυτὸς, *idem*. V.632, q.c. Κύρνε τε: vt copulatio sit, ἐν ἄταις τε καὶ ἀμπλακίαις. V. 634,q. τελέθεις, secunda persona. V.636, q. Οὐ νῦν μὲν πολλοῖς, ἀτρεκέως δ' ὀλίγοις: & seq.v. ὁμοῖα, *similia, res similes*. V. 641, quidam malunt, Οὔ τι κνηδεύσεις, *punges* seu *stimulabis animo*. Seq.v.q. αὐτιτύχοι, tertia persona: minus apte. Tertius abhinc versus idem fere cum 115. V.648,q. γαῖαν ἐπέρχεθ' ὁμῶς, *terram vsquequaque pariter obit*. Seq.v.q. ὦ δειλὴ πενίη: & mox alii, τί ἐμοῖς ἐπικειμένη ὤμοις. quæ de paupertate querimonia legitur etiam supra, v.351. V.651, q. βίη κακὰ πολλὰ διδάσκεις, vt supra v.389. & seq.v. μετ' ἀνθρώπων, *cum hominibus*, sc. probis. V.659,q. τοῦθ' ὅτι μή ποτε πρ. Et seq.v. Θεοὶ γάρ τοι νεμεσῶσ'. V.670,q. γνοὺς ἂν ἄμεινον. V.686, apud Stob. est, Εἰργ[illegible]τοὺς μὲν δὴ χρ. V.693, apud eundem Stob. est ἀφραίνοντας: & seq. v. παῦρον pro μέτρον. V.696,q. οὐχὶ σύ. V.699, Stobæus, πᾶσιν δ' ἀνθρώπων.

V.716,q. εἶσι pro ἴσι. V.719, apud Stobæum est, πλουτοῦσ' ὅσοις πολὺς ἄργ. Apud Plutarchum Solone, pro ὅτῳ est ᾧτε: apte illud quidem ad structuram, sed metro minus congruenter; nisi per cæsuram excusetur ε psili productio. V.721, Stob. τάδε πάντα: Plutarch. μοῦνα ταῦτα, pro vul. τὰ δέοντα. Seq. v. idē Plutarch. singulariter habet πλευρῇ. quo nomine concubitus significatur; vt mox ποδῶν appellatione saltatio. est autem ἁβρὰ παθεῖν γυναικὸς ea forma dictum qua infra 1003, τῶν αὐτοῦ κτεάνων εὖ πασχέμεν: subaudita præpos. ἀπὸ, ἐκ, vel alia consimili. Ac Theognidi quidē hæc tribuit Stobæus, Plutarchus autem Soloni; qui in contemptum diuitiarum hæc a Solone decantata scribit. V.724, q. ἥβη, nomin. casu: vt cum præpos. σὺν e præcedenti commate subintelligatur pronomē αὐτῇ: hoc sensu, *& cum ea pubertas sit congrua* seu *habilis*. Apud Plutarchum Solone, ita locus legitur, ἔπλω καὶ ταῦτ' ἀφίκηται, ἥβη σὺν δ' ὥρῃ γίγνεται ἁρμονία: minus perspicue. V. 744, congruentius optatiuum πάθοι, vel infin. παθεῖν, quod probat H. Stephani editio. Sequenti pentametro participiū ἔχων ferri potest, si cum primo commatio accipiatur, hoc modo; τίς δή, καὶ τίνα θυμὸν ἔχων, ὁρῶν πρὸς τοῦτον, ἅζοιτ' ἀθανάτους; alioqui optatiue scribendum fuerit ἔχοι.

V.817,q. ἄρρητον, *infandum*. V.851,q. λώονα δὴ νῦν: infra, v.1033, λώϊον ἤδη. V.855,q. τί με δειλὸν ἔχ. eo nempe verborum ordine

ordine quo mox v.857. V.862,q.ἅμας,Dorice: cuius dialecti rarior hic vſus eſt. V.875,q.κορυφῆς ἀπὸ Ταϋγ.verior fortaſſis hæc lectio,τὸν ἐμοὶ κορυφῆς ὕπο Ταϋγέτοιο ἄμπελοι ἤνεγκαν,*quod meæ ſub Taygeti verticibus tulerunt vites.* V.890, per κυψελιζόν γένος intelligi videtur Cypſeli poſteritas,vel ii ſaltem qui Cypſeli veſtigia ſecuti, tyrannidem apud Corinthios Megarenſibus finitimos exercebant. Cypſeli certe tyrannide,Tarquinii Priſci patrem Demaratum Corintho patria pulſum tradit Dionyſius Halicarnaſſeus lib.3,184,29. eo prope tempore quo Theognidem floruiſſe tradunt Chronographi. V.893,malet forſan aliquis diuiſe πάντα κάτα, *per omnia.* ſed καταθνητοὺς ἀνθρώπους apud Homerum quoque inuenimus paſſim, cum alibi, tum Il. ζ. V.895,q. ἐντὸς ἐνὶ στήθ. *intus in pect.*

V.904,q. οὐ εἶχε βίου: rectius. V.921,q. κτημάτου μεταδοίης: quæ ſtructura fere vſitatior eſt. V.926, q. οὐκ ἔθ' ὁμῶς, expuncta copula,& facta diremptione. V.931, pro μὲν aptius fortaſſe reponem⁹ μιν,*eum.* ſi quis etiã mox ἴσον malit,aduerbialiter ſc. pro *pariter*; ſuo fruatur iudicio. Seq.v.q. οἰκοῦσιν, *quiq; prope illũ habitãt:*quã ſcripturã Eraſmus quoq; expreſſit hac verſione;*Omnes hi ſeſe venerãtur,amantq; viciſſim, Vicini,æquales viribus,atq; ſenes.* V.942,q.πέρψας:quod tamẽ abſolute ac neutraliter accipi non ſolet. V. 954, pro εἰμὶ ſunt qui malint ἦμεν: quod Doricam habet formam. vtrumque pro ὑπάρχειν agnoſcit Heſychius. V.958, Stob. Ῥυθμὸν καὶ θυμὸν καὶ τρόπον ὅντιν' ἔχει. alii pro ῥυθμὸν in vulg.lectione ſubſtituunt θυμὸν,vt mox v.960. V.971,q.κραδίην σοῦ πείσομαι: ſubaudita ſc. præpoſitione κατὰ.ſed ferri poteſt etiam vulgata ſcriptura,κραδίη: ea nempe ſtructura qua ſupra v.722. V. 987,q.εἴθ' εἴη, *vtinam ſit, vtinam detur.* non inconuenienter.& ſeq.v. παῖς καλὸς, *pulcher puer:* & v.989, δηρολώντοιν. alii plurali num. δηρόωσι: apud Athenæum ſcil. lib.7.

V.1000,q.ἐν προμάχοισι μένοι: rectius. V.1013,Vineti editio,καλὸν ἐπὶ πλέον ὤφελεν εἶναι,*pulchrum diutius debebat eſſe.* V.1021,q.Ῥηΐδιη τίς. V.1029,q.καδδὺς, magis poetice. V.1036,q.ἐρχομένου,*veniente.*vbi etiã nota ἐν διὰ δυοῖν enunciatum. nam ἄστρον ὁ κυνὸς idem eſt quod κυνάστρου, *caniculæ ſidere*: vt apud Virgil. *pateris libamus & auro.* conſonat autem hic pentameter cũ iſto Alcęi choriambo, Τέγγε πνεύμονας οἴνῳ· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται, *tinge pulmones vino: aſtrum enim*

exoritur. V.1042, q. κῶμον δέξεται ἁρπαλέως, *comissationem nostram excipiet rapide.* V.1054, prius καὶ omissum in vulg. ed. V.1060, q. ἱμερόεν ἱέμενον. V.1076, q θνητοῖς, *mortalibus:* non male. V.1081, interpres legit ἀξιοῖ, metro aduersante. locus vitio non caret. V.1084, q. Ναίετ' ἐπ' Εὐρώτα, *habitatis ad Eurotam.*

V.1102, q. ἅπας αὖ ἐστη: structura parum vsitata. V.1104, q. δεινὰ παθὼν, rectius. V.1119, q. μέμνηθε: quod neutraliter *meminisse* potius quam actiue *commonefacere* significat. V. 1123, pro μὲν conuenientius fortasse μιν, *eum.* V.1125, pro εἰ πίομαι q l. habent Οὔ κε γε μὴν, *haud equidem:* vt significet, se nec paupertatem nec obtrectationes curare; sed tantum iuuentutem decedentem queri. V.1147, q. παρεὶς: eodē sensu, sed peius sonante metro. Versum 1151, Theognidi adscribit etiam S. Basilius in orat. πρὸς τοὺς νέους, negatiuis tantum leuiter variatis; Οὐκ ἔραμαι πλουτεῖν, οὔτ' εὔχομαι. V.1157, rectius καταθνήσκεις, vel καταθνήσκῃ. sequentia multo aliter leguntur supra, v.409. V.1160, q. ἐπίδηλος: non male, vt significet, virum bonum ita fortiter tolerare mala, vt tamen non præferat vllum mali prementis indicium. quæ sententia supra quoque non multum absimilibus verbis enunciata est v. 441, & 165. V.117 , q. μεγάλως ἤλιτες ἀθ. *magnopere deliquisti in d. immort.* V.1178, q. ἐκ τούτου, s. ἔργου. V.1183, q. κατακτῆναι, *occidere.* V.1198, q. ἄγγελος ἐστ' ἀρότου, *nuncius est arationis:* & paulo ante ἥτε pro ἥγε· quod est frequentiss. apud poetas. Versus 1221, & quinque sequentes, ex Stobæo additi sunt a Vineto: ceteri, aliunde sunt collecti, & horum ipsorum maior pars in superioribus exstat, si non verbis plane iisdem, eadem tamen sententia. nam 1229, consonat cum 1067. sic 1231, cum 931: & 1233, cum 165 & sequentibus. Vltimum distichum, citatum ab Athenæo lib.10 extremo, ænigmatice cochleam innuit.

IN SOLONEM.

Solonis ὑποθῆκαι δι' ἐλεγείας si exstarent integræ, primum sibi locum antiquitatis iure vindicarent: quippe quod Solon XII circiter olympiadibus ante Phocylidem & Theognidem floruisse perhibeatur. nunc cum pauca tantum fragmenta supersint, quartam eis sedem assignare libuit post Theognidem:

Theognidem: præsertim cum multa legantur apud Theognidem quæ a Plutarcho, Basilio, & aliis, Soloni adscribũtur, vt partim supra in Theognide dictum est, partim in sequentibus suo loco indicabitur plenius. Vt porro notationis huius institutũ persequar, v.1, pro ἀγλαὰ τέκνα quidam libri habent ἐννέα κοῦραι, *nouem Iouis filiæ*. Cum 5 versu aliqua ex parte consonat Theognidis versus 301. V.27, fortasse rectius οὔ τι λέληθε, *haud quaquam latet*. V.30, q. μοῖρα ἐπεσσα κίχοι. sed verbum ἐπέσχε actiua forma vsitatum non est. Seq. v legi etiam posset, ἤλυθε πάντως αὐτίκ', ἀναίτια δ' ἔργα τίνουσι Παῖδες. vt αὐτίκα pro *exinde* seu *tandem* accipiatur: quod mox v. 104 τῷ χρόνῳ dicitur. Sed cũ αὐτίκα & ὕστερον diserte opponantur v.29, conuenientius hic ante αὐτίκα subaudiemus copulatiuam καὶ, vt alibi haud infrequenter. V.42, forsan aptius κλήσεται, fut. temp. V.57, q. Παιῶνος, vsitatius. Versus 69 inter Theognideos exstat, numero 589: sed verbis paulum mutatis. Itidemque v.71, apud Theognidem est 227: cui Theognidi etiam a S. Basilio theologo adscribitur. V.79, pro μένος apud Diog. Laert. est βία; qui Pisistratum hic notari scribit. V.88, pro ἀμφοτέρους apud Plutarch. est οὐδετέρους, *neutros*; concinnius. V.99, vacabat hexametri spatium. ego igitur, cum hic versus in fine seorsum Soloni tribueretur a ceteris editionibus, hic potius eum inserendũ existimaui: quippe quod & cum præcedentibus & cum sequentibus satis apte congruat. Non ignoro tamen & apud Theognidem eum legi v.153: quamquam vno verbo mutato. Pindari scholiastes Olympiωn ode 13, Homero eum tribuit. V.104, forsan aptius ἀποτισθήσεται, fut. temp. Sequenti etiam versu legi posset πώτῃ δὴ, *hac igitur ratione, hac igitur ex causa*. V.120, q. τοῖς ἀδικοῦσι φίλοις: vt sensus sit, *in congressibus cum amicis iniuriam facientibus*. V.123, pentameter talis quispiam deesse videtur, Ἄλλους δ' ἐνταυθοῖ δουλοσύνη κατέχει. Apud Plutarchũ sane & apud Aristidem oratorem his iambis gloriatur Solon,

Πολλοὺς δ' Ἀθήνας πατρίδ' εἰς θεόκτιτον
Ἀνήγαγον πραθέντας ἄλλον ἐκδίκως,
Ἄλλον δικαίως, τοὺς δ' ἀναγκαίης ὕπο
Χρησμὸν λέγοντας, γλῶσσαν οὐκέτ' Ἀττικὴν
Ἱέντας, ὡς ἂν πολλαχῇ πλανωμένους.
Τοὺς δ' ἐνθάδ' αὐτοῦ δουλείην ἀεικέα
Ἔχοντας, ἤδη δεσπότας τρομευμένους,
Ἐλευθέρους ἔθηκα. quorum iamborum restitutionem

debemus Gulielmo Cantero Nou. lectionum lib. 5, cap. 9. V. 139, pro λυγρὰ apud Diog. Laert. est δεινὰ, eodem sensu. V. 141, q. τούτοις: referentes ad participiũ δόντες: minus commode. Ibidem mox apud Plutarch. est ηὐξήσατ' ἐρύματα δόντες, *auxistis, datis tutaminibus*. Præcedenti versu apud eundem Plutarch. est μῆνιν ἐπιμφέρετε, *eo nomine iram aduersus deos gerite*. V. 143, apud Diog. Laert. ἴχνεσι βαίνει: (itemque apud Plutarch.) & seq. v. κοῦφος ἔνεστι νόος: ac rursum v. 145, εἰς ἔπη αἱμύλου ἀνδρὸς apud Plutarchum; necnon & apud Clementem Alexandrinum, pag. 98, teste Hœschelio. In Pisistratum vero hæc quoq; a Solone scripta esse, adnotãt idem Diogenes Laert. & Plutarchus. Versus 147 & 148, leguntur apud Plutarchum: itemque 158, 159, & 162. Eidem Soloni a Plutarcho tribuitur tetrastichon quod inter Theognidea legitur v. 315: & hexastichon quod apud Theognidẽ est v. 719: item hexastichon quod apud eundem Theogn. est v. 227. quod ipsum etiã a S. Basilio ad Solonem referri, supra docui.

IN CETERA FRAGM.

Pag. 91, EVENI versus 9 & 10, apud Aristot. legũtur Ethic. Nicomach. lib. 7, cap. 10: & Eudem. 6, 10. Vltimus, ab eodem Aristotele in Ethic. Eudem. 2, 7, eidem Eueno tribuitur: legitur tamen & inter Theognideos, v. 472. Apud eundem Aristot. in libello De virt. & vit. Eueno tribuitur & hic pentameter, de ἀδικία seu Iniustitia, ἥτις κερδαίνουσ' οὐδὲν, ὅμως ἀδικεῖ. RHIANI v. 16, rectius fortassis ἀθανάτοις ἐναρίθμιος.

P. 93, LINI v. 2, q. lib. περὶ παντὸς, *omni de re*. V. 4, participium αἰτῶσαι, Dorismo excusari potest. alioqui communis ratio postulat αἰτοῦσαι, vt χρυσοῦσαι, πληροῦσαι, & similia. V. 7, pro δικαίως metri lex postulat εὐσεπτως *pie*, ἐπιστρεφέως *obseruanter*, vel simile quid. Pro ὁσιεῦσαι quoque vsitatius ὁσιῶσαι, vt apud Plutarch. De deo Socr. ἐξοσιώσασθαι τὰ θεῖα. cuius expiationis præceptum est etiam apud Pythagoram supra, v. 67.

~~cost 4 bz~~

13535

1710 Constat

Contigit 1718 ergo

~~Sum Joannis Wirtzÿ~~

~~Tiguri Anno 16~~

~~04 die 8 Fe~~

Deus sive fest ad Nüstrum

~~bruarÿ~~

Züych

~~Emebat quatuor~~

~~batzys.~~

4